00079872

00079872

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 22 February, 2020

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ,
HERODIANI
HISTORIARVM LIBRI OCTO,

E RECENSIONE

HENRICI STEPHANI,

79872 CVM Q.C. 35

VARIETATE LECTIONIS

TRIVM CODICVM MSS.,

NOVA BERGLERI VERSIONE,

NOTIS VARIORVM

ET

INDICIBVS VERBORVM AC RERVM,

CVRANTE

THEOPHILO GVILIELMO IRMISCH,

ART. MAG. LIPS. GYMNASII PLAVIANI RECTORE.

TOMVS SECVNDVS.

PRAEMITTITVR

DE VSV OPERIS HERODIANI.

LIPSIAE,

SVMTIBVS E. B. SCHWICKERTI,

CIƆIƆCCLXXXX.

937.07
Ste/His
79872

EPISTOLA

AD

FRATREM

AVGVSTVM GVILIELMVM,

IN PAGO

GROSSPOERTHEN,

PROPE CIZAM VRBEM,

CVRIONEM

OPTIME MERENTEM.

DE VSV OPERIS HERODIANI

EPISTOLA.

Quae multae ac magnae amandi Tui, Cariſſime Frater, fuerunt perpetuo cauſae, ſanguinis non tantum neceſſitudo, nec tantum diſciplinae inſtitutionis que cum Roſtio, Viro Divino, ſocietas, ſed et morum, ſenſuūm atque ſtudiorum conſpiratio ſimilitudo que, tum amoris ac benevolentiae ſingularis redditio et veluti repercuſſus, officiorum que remuneratio et viciſſitudo: eaedem extiterunt nunc cauſae Tibi ipſi tanquam in manus palam que tradendi atque commendandi Tomum Herodiani hunc, et inſuper iſtae, tum quod noſſem, Te, quae paucorum parentum eſt vel facultatis et doctrinae opportunitas, vel voluntatis honeſtas, vel laboris moleſtiae que patientia, vel temporis atque otii laxitas, hoc tribuere Tuis liberis, ut ipſe inſtituas eos, ita que, ut nemine egeas magiſtro alio ad communicandam cum iis doctrinam plenam accuratam que, tum quod olim in epiſtola, cum Tomo primo ad Te miſſa, ſuaderem, ut cum filiis Tuis legeres illam opellam excerpendo inde ac tantum exſugendo medullam velut aliquam.

Hanc mentem meam quoniam tum temporis non vacabat longius explicare: nunc quidem id facturus, videor a Te non modo veniam impetraturus, ſed adeo gratiam initurus quandam, ubi oſtendero, quae in perlegendo libro utiliter ſpectari debeant a Te ac poſſint. Sed eidem Tecum colloquio cum interfuturi ſint omnes alii, qui legant, vel viri, ad *Graecitatis adyta* quaſi iam admiſſi, vel tirones, ad initia iſtius et ſacra adhuc adſpirantes atque contendentes: utrique ut videant, quae commoda ex eodem ad ſe redundent libro, operam ſimul daturus ſum, non tam, ut praeco mearum prodeam legar que rerum, quam potius, ut paulo diligentius, quam per Ephemerides litterarias fieri potuit, ſuper uſu Herodiani operis et diſſeratur et exiſtimetur, ut que conſilium, ita a me inſtitutae impenſae que operae totius, nec aliter, plenius aperiam, et leniter modo humaniter que a me removeam voces ac ſuſpiciones, prolatas illas de more et modo, quem ſequar vel finxerim mihi in explicandis et interpretandis libris.

Ac Tu quidem, mi Frater, noſti, perſequi me unice diſciplinam beati Erneſtii, cum illam, quam ex ore iſtius diu percepi auribus meis per ſcholas lectiones que non tantum publicas, ſed quoque privatas, tum hanc, quam ille editis in libris ac ſcriptoribus impreſſit, et nominatim in diſciplina et lege ſcholarum Saxoniae noſtrae, egregio illo opere et a partibus aliis, et ab ea potiſſimum, quae pertinet ad tractandos ſcriptores claſſicos. Atqui haec interpretandi ratio non amat illas ambages, illas quaſi pluvias copioſas atque inun-

dationes, quae per Notas in Herodiani opere ſubinde comparent. Talis amplitudo, et doctrinae ſcientiae que profuſio potius, quam largitio atque communicatio, nunquam mihi in ſcholis meis adamata eſt et adhibita. Audiſti autem et Tu me, Frater Optime, et verum me loqui agnoſcis. Sed ibi diſcipulis modo breviter ſententiam expono, et quantum ſatis eſt, ut locus intelligatur perſpiciatur que, ac res eius, verba, ſingula cum iunctis, ſeries, virtus rhetorica, et ſi qua alia. Nec abeo ibi ad aliena, manens in neceſſariis et propinquis, admiſcens que modo affinia pauca, quae copiam ac notitiam vocabulorum iuvent.

Ab hac autem interpretandi brevitate ac veluti parſimonia diſceſſi ſane — ſentis enim et ipſe, Frater, — in editione Herodiani ad longitudinem et copiam prope immenſam, nec tamen ita, quod mihi fingerem, ſic interpretem debere verſari unumquemque, ut ubique unius vocabuli notiones effundat omnes ſimul, Gesnerum in Latinis Schellerum ve compilando, ac domi ante horam et lectionem inſpiciendo, aut in Graecis Stephani vel Scapulae Lexica, aut Collectanea, quae pararit, ſua. Viderunt que recte Ephemerides Lipſicae, non debere ſic omnes publicari ſcriptores veteres. Nec timendi ſunt imitatores atque ſectatores; nec volet quis alius ſeſe protrudere in tale piſtrinum, quod Illuſtris Heynius aliquando per epiſtolam ad me vocabat.

Sed a more Erneſtino meo que deflexi, crede mihi, Frater Dulciſſime, invitus, et hac ductus cauſa probabili, ut cum aliis communicarem reperta a me, dum miſeria ſemel et moleſtia mihi devoranda erat illa, ut ſuper Graecitate Herodiani, et ſingulis verbis, et formulis dicendi quaererem, nec id forte diebus ſingulis, ſed propemodum quibusvis horis. Quam temporis iacturam dolens ſaepe, ac ſaepe ſatiatus quaerendo ad nauſeam uſque, duravi tamen, quoniam conſtantiam et in aliis amabam, meas que ipſius notitias adaugens, inſervire aliorum commodis poſſe me putabam.

Sic ergo, mi Frater, revertor eo, unde abii, ut oſtendam, quae in multitudine mea ad Herodianum ſit commoditas vel Tua, vel aliorum. Μή τι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν ςαφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα;

Scilicet univerſum conſilium in legendo ſcriptore priſci temporis aliquo pertinet illuc modo, ut hauriamus inde tum res et ſententias, tum verba formulas que loquendi, tum denique formam quandam et imaginem cogitandi atque diſſerendi vel ore, vel ſcriptis.

Cui deſiderio ut ſatisfacere poſſimus, et textum intelligere ſcribentis, hoc eſt, cogitare idem cum illo, animo que nobis fingere notiones easdem rerum ac verborum, et aſſumere cogitationum ſeriem eandem: primo requiritur textus rectus et verus, atque adeo is, qui ſit aut ab ipſo profectus ſcriptore, aut emendatus certe ſic, ut iſti cum veri ſpecie tribui queat.

Hanc textus veritatem et puritatem adiuvat *critica ars* et interpres, hac arte imbutus, tenens que proinde

1) regulas criticas, vulgares illas vel interiores, quae parantur tum e libellis quibusdam, hoc nomine ac conſilio ſcriptis, ut Clerici, ut Burmanni, tum legendis tractandis que editionibus ſcriptorum principibus, quae quidem nactae ſint peritos Commentatores et Commentarios e genere critico, tum denique e libris ſingularibus Obſervationum in ſcriptores integros aut certa iſtorum loca,

2) acumen criticum, ut videat, quae recta, quae prava, et quibus de cauſis,

3) ingenium criticum, ut in depravatis quidem locis reperiat ſimile quid, ſimilem quam medicinam,

4) animum, criticae arti commodum, hoc eſt, a) patientem laboris in cogitando atque excogitando, item in quaerendo per Lexica et Indices cum editionum, tum librorum Obſervationum, — b) conſtantem ac firmum, qui non ſit pronus ad corrigendum ubique, et fingendum omnia e ſuo ingenio, qui, liber a partium ſtudio, nec vetera mordicus teneat, ſi abſurda plane, nec nova reiiciat, ſi prorſus neceſſaria, nec ſubito occupetur a lectionibus Codicum novis aut virorum doctorum conjecturis, quantumvis ingenioſis ac ſpecioſis, qui que aliorum emendationes ſine ira toleret atque diiudicet,

5) uſum aliquem Codicum manu ſcriptorum, ut norit elementorum figuras et ductus, compendiorum in ſcribendo rationes ac modos, ſed praecipue librariorum morem alium triplicis generis illum, vel in exarandi arbitrio, iungendis ſeparandis que vocabulis, vel in negligenter properanter que ſcribendo, ut peccetur in elementis ſingulis aut omittendis totis vocabulis verſibus ve, vel denique in mutandis, novandis addendis que aut verbis, aut rebus, de induſtria, ad ſapientiam oſtendendam, vel per gloſſas.

Qui quidem uſus et ipſe comparatur vario modo, atque

1) e Codicibus inſpiciendis ipſis tractandis que diutius, quae non eſt multorum felicitas, voluntas, patientia et ſcientia,

2) ex Excerptis e Codicibus, horum que comparatione cum editione quadam,

3) e libris operibus que, ſingulatim editis ſuper Codicum omni conditione, ut Monteſalconii, ut Mabillonii,

4) ex editionibus ſcriptorum tum principibus, quae dicuntur, hoc eſt, ductis ab initio e Codicibus, tum bonis aliis, item Obſervationum libris, ubi ſuper Codicum lectionibus ſit iudicium.

Iam, quanta copia artis peritiae que criticae exercendae atque oſtendendae in Herodiano offerretur, cognoſcere potuiſti, mi Frater, e ſingulis fere paginis et Notis, etiam, qualem me ibi gererem. Verum, quod in iudiciis ſuper opere Herodiano per Ephemerides litterarias mecum deprehendebas, quam parce tangerent illam operam meam criticam, cum fuiſſet tamen plurima et praecipua, quam emendationes, aut factas iam in textu, aut tantum in Notis propoſi-

tas adhuc, raro proferrent, quam defenſiones lectionum vulgatarum, in quibus et ipſis multum ſudabam tamen, nullas fere memorarent: id quidem non iudicum illorum properationi tribuemus, ſed potius rationi libellorum, quorum anguſtiis incluſi aut excluſi, tenentur defungi breviter tantum iudicandi recenſendi que munere.

Quodſi igitur quaeris ex me, Frater Dilecte, quo proſit iſta critica cura tam ſevera et multa, et quibus: habeto ſic. Verſatur illa pars critica in diiudicandis tum lectionibus diverſis vel Editionum, vel Codicum, vel Interpretum duorum, Politiani et Bergleri, tum coniecturis atque emendationibus virorum doctorum per Notas, et deinde in propoſitis a me ipſo quibusdam ad corrigendum ingeniis.

Hoc iudicium criticum, quo anquiritur exploratur que in partem utramque, cauſis allatis idoneis, quid ſtatuendum ſit de rebus iſtis, probandae ne, an minus, intermiſſum eſt a quibusdam editoribus, tum in editionibus minoribus, in uſum que ſcholarum vel lectionum paratis, ut chartae ac ſumtibus emtorum parceretur, aut iudicium id ſibi ſervarent interpretantibus, aut relinquerent aliis, ſive magiſtris, ſive adeo iuvenibus, paulo peritioribus, tum vero et in editionibus maioris molis, easdem ob cauſas, maxime que tum, ubi facilis eſt optio atque diiudicatio.

Id ipſum videas, mi Frater, me ſecutum, ut in rebus leviculis, et per ſe patentibus, facile que reperiendis, iudicium ferrem nullum, ac res tales in Varietate Lectionis modo producerem. Enimvero, ubi textus conſtituendus, vera que invenienda lectio, et iuſta ſententia, interpretatio ſeries que loci, ibi quidem iudicium iſtud criticum nolui omittere, et abeſſe in editione eiusmodi, quae princeps eſſet et ampla, nec ſolis comparata tironibus uſui ve ſcholarum parvarum, ſed etiam doctis et in Graecitate longe provectis viris.

Qui quidem cum ipſi per ſe poſſint de iſtis rebus iudicare ac dignoſcere recta a pravis et vera a falſis: non ſane docendi cauſa adhibita eſt iis critica pars illa. Sed iidem ut ſolent in edendis ſcriptoribus partem exercere iſtam, veniam que hanc ſibi ſumunt, ita eandem dare velle debebunt aliis, et legunt adeo talia iudicia critica vel ad recolendum, quae dudum novere, vel ad agnoſcendum, quae alii in eo genere ſentiant.

Horum ergo ſecutus ego conſuetudinem, iuvenibus maxime volui, ſi poſſem, *theſaurum* quendam *criticum* ſuppeditare, ratus, non eos iuvari, ſi ſub textum nudas proiicerem res ſupra propoſitas, varias lectiones, reliquas, et ſine omni iudicio, nec aliud eſſe alioquin, ac ſi quis medicus cadaver hominis aliquod modo proponat ſpectandum, ſed ipſe poſtea deſerat, nec diſſecare inſtituat, nec ſermone habendo iudicio que ferendo ſuper eo alios edoceat.

Meminiſti vero, Frater Cariſſime, et Batavos, qui riderent interdum editores eiusmodi ieiunos ſteriles que eorum editiones, cum ſine critico iudicio Lectionis Varietas et caeterae res iſtae ſuperiores in lucem prodiiſſent.

Tum cogitaveris, Frater, illud etiam, ut diiudicandis rebus eiuscemodi nos critici exſeramus ac promamus iudicandi vim, acumen, ingenium, ſic quoque eadem opera iuvenes certae aetatis, legendo cogitando que ſecutos, ſuum acuere iudicium, ingenium alere, et diſcendis regulis criticis ac legibus loci alicuius vel emendandi, vel tuendi, animadvertenda que critici verecundia et lenitate, fieri idoneos poſſe ad alios libros, ſacros illos et profanos, bene legitime que diiudicandos, cum non ſint leges illae uni tantum propriae loco, ſed plerumque univerſae, pluribus que communes et aptae ſcriptorum locis.

Nominatim vero illa pars critica, quae ſpectet atque enumeret errores graviores Editionum minus, quam Codicum, commiſſos ab operis vel librariis, praeſertim in confuſis litteris, ſyllabis, vocibus totis, praecipue praepoſitionibus, quantae utilitatis ſit, quanti que pretii, quin memineris, Frater, non dubito. Immo legiſti, qui alii tales res adeo non negligerent, ut potius ſumma cum cura anquirerent referrent que, vel per Indices, ut cum Cornario Fiſcherus in Platonis particulis, ut Reizius in Tertio Luciani Tomo, ut Alberti in Gloſſario N. T. At quanti iſti Viri et quam docti! Quam provide, quam utiliter egerunt! Horum opera accuratio que ut ſaepe mihi profuit in parte hac critica: ita confido, fore, ut, quam diligentiam adhibebam in talibus erroribus detegendis atque monſtrandis, eadem aliis olim profutura ſit quoque, et, confecto poſtea Indice ſimili, ut reperiantur, qui, quam habeo gratiam vel vivis, vel mortuis viris, in genere hoc me adiuvantibus, eandem mihi aliquando, vel non viventi amplius, habeant; ut ſenſiſti mecum, Frater, eſſe iam, qui per Ephemerides litterarias iſtam operam et poſtularint et expectarint.

Harum igitur critices partium uſus vagatur maxime ad viros doctos et adultiores adoleſcentulos. Nam apud pueros tenerioris aetatis et in ſcholis minoribus haec quidem pars critica, niſi plane praetereunda ſit, tamen modice parce que tantum uſurpabitur, nec longo iudicandum erit ſermone de locis corruptis, ſed breviter fons ac modus erroris vitii que indicandus, cauſae et leges emendandi ſervandi que textus paucis afferendae, quoniam aut puerorum talium ingenium nondum eſt eiusmodi, ut percipiat longum iudicium criticum, aut ea opera praeripitur tempus aliis rebus, magis neceſſario monendis ac diſcendis utilius.

Et ſic memineris, Frater Dulciſſime, e ſcholis, quibus interfuiſti olim, meis, breviſſime ſemper hanc me tractaſſe partem criticam. Sic que Tu ipſe intelligis, Tuis nunc quidem utile fore ſatis que, ubi cognoſcant primo e diverſitate iſta lectionum genera quaedam praecipua, confuſiones praeſertim cum cauſis, deinde canones aliquot criticos ad emendandum vel obtinendum locum, ſaltem vulgares, ubivis obvios et in aliis libris legendis intelligendis que omnibus maxime profuturos.

Rem vis explicatius audire? Quoniam Te novi facilem erga me et in obſequio promtum paratum que: ibis mecum per ſingula.

Cum non una ſit Variarum Lectionum ratio, ſed quaedam earum parvi momenti, maioris quaedam aliae: ubi in extremis duas has litteras *v. N.* conſpexeris, ibi digneris legere ſubiectam Notam.

Verum in legendis Notis, praecipue meis, muniendus eſt animus patientia illa cogitandi, et ſuſtinenda quaedam moleſtia e continua rerum prolatarum ſerie. Cum enim multa dicenda eſſent ex inſtituto: ut cum lucro emtorum charta caperet multa, non ſolum elementorum parvitas adiuvare potuit, verum etiam haec mei ſcribentis cura, qua caverentur divulſae periodi nimiae atque ſingulares enunciationes, ſed contra cogitata copularentur arctis quibusdam ſcribendi generibus formulis que, nec omitti poſſent parentheſes, quibus ſane interdum cogitandi ſeries turbari, ſed et cogitandi patientia intendi poteſt, ſi reputentur moleſtiae iſtius perferendae lenimenta nonnulla, excerpendi que potiora voluntas atque propoſitum.

Sed quae Varietas Lectionis pertinuerit modo ad errores operarum aut librariorum inanes, ea aut plane transeatur, aut ſine monito legatur. Nam valet illa illius a me facta commemoratio tantum eo, ut natura pretium que Editionum aut Codicum agnoſcatur; cuius utriusque rei notitia pueris certae aetatis non eſt neceſſaria.

Tum Editarum Codicum que Varietas Lectionis quaedam profert rationem diſtinguendi atque interpungendi. Quae quum non mutat ſeriem ac ſenſum: ſimiliter omitti poterit. Sin erit inde ſeriei ſenſus ve mutatio, quam illa *v.* N. ſignificabunt pariter: breviter modo diſcrimen e Nota repetetur, ſufficiet que, monuiſſe haec in univerſum,

1) totam interpungendi rationem ac ponendi diſtinctiones maiores, minores, commata, cola, ſemicola, puncta, etiam hodie incertam fluctuare, nec habere apud multos perpetuam legem,

2) memoratas a me diſtinctiones interdum eſſe modo ad noſcendum, unde v. c. fluxerint editiones quaedam, ſed et in uſum Bergleriana Verſionis.

Porro alia Lectionis Varietas habet levia quaedam haec,

1) voces vel iunctas vicinius, ut encliticas, *εἴτι*, etc. vel contra ſeparatas, ut negativas, *μὴ δὲ*, quarum poſtremum genus monebitur interdum facere aliquod momentum ad ſenſum et rectionem meliorem, ut in *οὐδὲ*, *οὐδέποτε*, quae neceſſario interdum eſſe divellenda, ut prius genus in encliticis hauddubie ortum e vetuſta ſcribendi ratione in Mss., quo de poſt,

2) accentus alios, ut in verbis, v. c. *δράσαι* et *δρᾶσαι*, it. in ſubſtantivis, *αἰδὼ* et *αἰδῶ*, it. *κρηπίδας* et *κρηπῖδας*, it. *χώραν* et *χῶραν*, et *ϛρατιώτας*, pro Oxonienſis editionis *ϛρατιῶτας*, denique in dictionibus illis encliticis, maxime continuis, *ἐπί σε* et *ἐπὶ σὲ*, it. *εἴ τε τινὲς* et *εἴ τέ τινες*. In quo genere ut brevi monito

eſt opus praecepto que: ſic cuique concedendum eſſe arbitrium ſuum videtur, ut et in

3) addendis omittendis ve tum *ſpiritu*, ut in προὔχοντα et πρoύχοντα, it. τοὐναντίον, etc. tum *iota* illo *ſubſcripto*, v. c. infinitivorum, τολμᾷν, it. alibi, in ἅρασθαι, it. ῥᾴδιον, πρᾷον, it. κᾀκεῖθεν, et κομιδῇ, ἡσυχῇ, in quibus poſtremis modo verior rectior que a nobis oſtenſa eſt ſcriptura et per editionem noſtram adhibita, tum *apoſtropho*, ut in δ' et δὲ, it. ὑπ' et ὑπὸ, in quo nec certi quid eſſe diximus, nec ſententia perdit.

Alia res eſt in Varietate Lectionis hae, quae tenet confuſionem litterarum. Hic quidem

1) pertinent quaedam ad notitiam ſolam, ut ſimplices eſſe adhibitas pro duplicibus, v. c. ἀσχάλων, pro λλ,

2) quaedam pervertunt ſenſum, ut ἔμελε, pro ἔμελλε, it. ὑμῖν, pro ἡμῖν, it. προσιέναι et προϊέναι, quo in poſtremo genere tenetur lex illa atque animadverſio communis, ſaepe praepoſitiones confundi,

3) quaedam, ut permutatio thematum in verbis, tanquam προσεδόκουν et προσεδόκων, item temporum, ut infinitivorum aoriſti et futuri, ὑπακούσασθαι et ὑπακούσεσθαι, item praeſentis ac futuri, μένειν et μενεῖν, ſuppeditant monita ſuper rebus talibus non inutilia, primum quidem, diverſa eſſe themata, in έω et άω, ſecundum autem, tempora iſta eſſe ſyn., denique tertium, diſſenſum eſſe ex abſentia accentuum olim in Codd.

Atque haec quidem meminiſti, mi Frater, pertinere maxime ad Editiones; in quibus Tua ipſius prudentia ſagacitas que addet alia, hic a me non tacta atque repetita.

Enimvero in Varietate Lectionis, qua ducitur e Codicibus, prodeſſe Tuis pueris, atque aliis etiam, putem haec in primis praecepta,

1) olim ſeriem fuiſſe ibi omnium unam, ſine intervallo et veluti intercapedine quadam, unde iſta iuncta, οὐχήκιστα et οὐχἥκιστα, οὐχόμοια, ἐξανάγκης, τηνταχίστην, κατολίγον, rel.

2) hinc fluxiſſe non tantum eadem aut ſimilia in editiones primas, ut Aldinas, ſed et errores librariorum lectiones que novas, v. c. dividendis aut copulandis vocibus,

3) librarios tamen inconſtantes ſolere eſſe non modo hactenus, ut iſta iuncta ſeparent alibi iterum, ſed etiam aliter, ut interdum ſimplices, interdum duplices rurſus adhibeant, λ et λλ, it. μ et μμ, ſimiliter in apoſtropho δ' et δὲ, rel., porro in ſubſtantivorum vocalibus ι et ει, ut ἀσθενίας et ἀσθενείας, it. in conſonantibus, veluti σσ et ττ, in θαλάττης et θαλάσσης, tum in accentuum ratione, it. in contractione, προεκαλ. et πρoυκαλ. tum in accuſativo plur., βασιλέας et βασιλεῖς, it. in τοὔνομα et τὸ ὄνομα, ſimiliter in leni pronominis, αὑτοῦ et αὐτοῦ, denique maxime in articulo addendo, omittendo, aliter ve locando,

4) fieri talia etiam per gloſſas, quas gloſſas eſſe varii generis, variis que de cauſis ſuſceptas, quas diſpoſitas per claſſes dabimus olim,

5) praeter alia, confuſas ſaepius eſſe ibi praepoſitiones, ut *πρὸ* et *πρὸς*, quae et interdum perierint in vocum initiis,

6) adhiberi quaedam compendia ſcribendi, ut *ανος*, pro *ἄνθρωπος*, it. ſcripturas ambiguas, tanquam *μισεῖτε* et *ἀνειμένως*,

7) peccari praeterea varie ibi, in accentibus, *σπούδαιον*, pro *σπουδαῖον*, it. in ſpiritu, *ὀμόσαντες*, pro *ὀμοσ.* contra que *ὅρκων*, pro *ὅρκ.* ſed maxime in omittendis quibusdam, ſingulis vocabulis, verſibus integris et pluribus, id que ſine idonea cauſa, vel ob ſimiles litteras et voces.

Quorum omnium exempla et deprehendiſti iam, Cariſſime Frater, et poſtea deprehendes.

Haec ex parte *critica*, maxime, qua pertinet ad Herodianum. Eſt enim ſubinde etiam criſis adhibita a me atque emendatio, ſpectans alios ſcriptores, per occaſionem productos, etiam v. c. ad Suidam. Unde olim, exemplo aliorum, quoque ſubiicietur Operi abſoluto Index in loca aliorum ſcriptorum vel emendata, vel illuſtrata. Quae opera propoſita eſt ſane potius viris doctis et editoribus poſtea.

Sed, Frater Suaviſſime, aliud eſt porro iter ingrediendum, quo aeque libenter ſequeris. Venimus enim ad mei Operis partem hanc, quam dico *philologicam*, ſi forte licet appellare ſic illam, anguſtiore ſane ſenſu, cum tracto iſtas grammaticae vulgaris partes duas, etymologiam et ſyntaxin, ſed in prima etiam amplius quid, et quod eſt Lexicorum. Igitur in hac parte *philologica* quae videatur eſſe utilitas?

Aliis quidem, non pueris, dedi, quae pertinent ad verborum notionem aut rectionem variam, tum illa in fine plerumque, ubi leguntur: *confer in rem criticam et confuſionem*, denique cum tetigi affinia vocabula, et raro ſynonymica. His enim, a me congeſtis repertis que inter quaerendum, utentur potiſſimum, qui olim Lexica aut vetera edant auctiora, aut nova concinnent; ſicut et Gesneri Theſaurus habet hoc, ut ad extremum moneat de confuſione vocis cum alia.

Tamen et pueris proderit haec copia noſtra ad notitiam Graecitatis amplificandam, quod fit copia vocabulorum, porro quoties ditavi libellum L. Boſii de Ellipſibus Graecis, deinde ubi ſeriem quandam et genealogiam ſignificationum demonſtravi, aut revocavi ad pauciores principes que notiones vocabulum; quo memoriae conſultum itur, et praeterea Lexicographis iterum.

Pueri autem in primis ex hac parte accipient librorum notitiam, et diſcent, qui adeundi ſint verborum phraſium que veluti teſtes, fontes, fundi, et ubi, quibusdam quaſi ciſternis atque receptaculis,

exempla dictorum reperiantur plura. Quae notitia librorum, adiuta per Indicem in compendia nominum, iam Tomo Primo praemiſſum, non illa pueris ſane adhibebitur ad vanam oſtentationem, ſed potius cum ad reverentiam amorem que talium librorum atque virorum, ubique fere laudatorum, tum ad cupiditatem eorum legendorum, cui ſiti ſatisfiet deinde e bibliothecis vel publicis, vel privatis, quas adeundo quaerent libros cognitos, cum ignari talium neſciant, quomodo utendum ſit bibliothecis, quid ve per ferias et otia utiliter legendum ad notitias que locupletandas.

Memini vero, mihi ſic profuiſſe etiam Roſtium, praeceptorem olim hic Plaviae prorſus egregium. Qui cum ſubinde per lectiones in ſchola aut domi (ubi hoſpitem me multorum annorum, et eum interioris admiſſionis dignatus) nomina librorum eiusmodi philologicorum protuliſſet, et cum honorifica commendatione, ac me non ignarum horum dimiſiſſet in Academiam Lipſicam, et ad viros ibi primarios: habui tunc, quos ab iſtis viris, aut e bibliothecis publicis peterem libros, aut quos per examina ipſe nominarem cum laude, aut quos per otia recognoſcerem, dum ſocii ſtudiorum nil ſcirent, quod aut ſecum ſoli que agerent, aut reſponderent interrogati atque explorati.

Sed et memini de Te, mi Frater, quid inſtituendo in hanc partem iuvares. Cum enim ruri Tecum habuiſſes magna illa Beckiorum nomina, et illum in primis, qui Lipſiae nunc eminet ita longe ac praeclare, ad me duxiſſes ſimul, profectus quondam viſendi ergo huc Plaviam: is Beckius, ita gnarus librorum redditus a Te, nil, niſi, ut lateret in bibliotheca mea, nec modo editiones ſcriptorum libellos que Obſervationum pervolaret, ſed et horas totas legendo iis frueretur, otium ſic fallens ſuum aliquod, et explens non exſpatiando, ſed animum paſcendo atque nutriendo.

Itaque in Tuis quid nunc facias filiis ipſis, probe ſcio, vel abſens, ut ex Herodiani hac parte philologica ſuggeſtam a Te notitiam librorum tenentes, non tam laudem aliquam in Academia nobiscum et principatum in plebe ſtudioſa ferant, quam exempla ſecuti domeſtica et veſtigia, quaerendo a doctoribus et e bibliothecis libros generis huiusce, verſando que hos manu diurna atque nocturna, doctrinam cumulent, memores, libris hiſce commoda accedere non tantum iis, qui ſcholarum umbris addicant vitam, ſed et adeo his, qui theologorum perſonam ſuſcipiant non vulgarium.

Sed, nondum, opinor, feſſi colloquio noſtro, Frater Doctiſſime, progrediamur ad Herodiani partem tertiam, quae eſt *exegetica*, tractans non modo Graecum textum, qua ratione reddendus ſit atque intelligendus, ſed quoque Verſiones, quas alii dederint.

Ad textum quidem intelligendum cum requiratur rerum cognitio atque hiſtoriae: nemo lectorum omnium negligere volet allata illuc e ſcriptoribus eiusdem vel aevi, vel hiſtoriae, ut Dione Caſſio, Capitolino, Anglis, aut qui res narratas illuſtrant, ut numiſmatum, antiquitatum, geographiae auctoribus.

Sed rerum peritiam comitetur intelligentia verborum, vel privorum, vel iunctorum, tum enunciationum, aut ſingularium, aut in periodum unam concluſarum plurium.

Ac ſtructura quidem et copulatio enunciatorum cum valeat ad fingendam legentium orationem, ſit que repetita partim ex uſu atque auctoritate ſcriptorum priſcorum utriusque ſermonis, Graeci Latini que, partim e placitis et praeceptis rhetorum: quis tandem puerorum refugiat monita ſuper talibus per Notas? Horum maxime ſcriptionem, orationem ſtylum que conformari oportet ac fingi.

Quanquam diu eſt, cum hoc non curant amplius, ut ad contexta veterum ſcriptorum ipſa, et iſtorum in nectenda oratione rationem atque collocationem componant Verſiones ſuas Interpretes. Implicatam nimis, aiunt, veterum orationem, quae conſtet periodis et crebris et longioribus. Cumulata iſtorum, quae interiiciantur, membra, quae contineant περιςάσεις varias ſecundarias que enunciationes, facere Verſionem languidam, ac praecipue frequentata iſta participia, et genitivos iſtos ablativos que conſequentiae. Unde rumpendas eſſe periodos atque divellendas, et pro corpore iuſto exhibenda membra ſingularia, inciſa, cola, breves que comprehenſiones et ambitus orationis. Hunc eſſe noſtratis linguae *genium*, indolem, ingenium, hoc praecipuum, ut brevitate commendetur, atque adeo perſpicuitate maiori.

Cum Vernaculis hominibus concedam voces huiuscemodi: qui Latine ſcriptores Graecos reddere inſtituunt, non ii habent, quo purgent negligentiam in vertendo ſuam, et quod committunt hoc, ut deſerant ſeveritatem Interpretandi, nimis que diſcedant a textu et velut exemplo. Servare poteſt Latina quidem lingua et verſio, ſi a tropis quibusdam, et locis non adeo multis diſceſſeris, tum rectionem verborum, tum ordinem ſeriem que, tum denique periodos. Et hactenus utentur lectores, et nominatim pueri aetatis maturioris, diſputatis a me ſubinde per Notas, maxime de periodo ſtruenda.

At vero ſane muniti patientia illa cogitandi accedant, neceſſe eſt. Poſtulat enim longa orationis ſeries, longum quaſi filum, ac ſuſpenſus per interpoſita membra ſenſus, diducta que et inſtructa multis partibus atque exornata protaſis apodoſis ve, et demonſtrata a me ſcriptoris ars et peritia, poſtulat mentem intenſam cogitationem que continuam. Erit adeo et hicce fructus e libro, ut hinc quoque ad patientiam laboris et moleſtiae animus adſuefiat.

Sed ridere videris Tu, mi Frater, cum me vides poſcentem haec ſevera ſaeculo hoc, ad omnem vergente mollitiem, etiam in rebus, quae diſciplinam attingunt. Omnia nunc litterarum ſtudioſis facilia ſint et veluti prona. Omnia absque ſudore parari debent et pulvere. At ſinamus, Frater, ſuo illos vivere modo. Noſtros cogemus adeo ſevera proficere lege patienter que et cum moleſtia multa.

Compenſabit virtutem hanc, conſtantiam, fortitudinem commodum illud, ut, ad ſingulas voces phraſes que attenti, diſcant Tui ſimul

cum aliis pueris atque iuvenibus vertendi rationem tum ſeveram, tum variam, certe Latinae verborum copiae illam inſervituram, una cum legibus ac modis, quibus deceat reddi vocabulum quodque.

Noſti enim et hoc, Dilectiſſime Frater, quam leves ſint hodie celeres que interpretes, ut non diu cogitent de verbo, quo vertant, alio, alii reſpondente, proprio, vicino, ſed ſaepe ſcribant numero, quod primum in mentem veniat, verum praeſertim, quantopere negligant Graecarum particularum vim atque notionem.

In quam partem non admodum ſaepe novus peccavit Herodiani interpres Bergletus, liber ille aliter interdum tamen, quanquam verecundus prae vetere Politiano. In quorum interpretationibus diiudicandis cum opera occupetur noſtra pariter: Latinae item linguae facultatem adiutam experientur pueri ſuam, praeterquam, quod oblectatos ſe ſentiant, cum videant, qua arte et quaſi calliditate Herodianus Latinitatem contexerit Graecis veſtibus, etiam furta ſua et imitamenta. Suavitas exorietur voluptas que ſimilis, iſti, cum inter ſe certantes in locis ac rebus pingendis animadvertas poëtas, et varietatem ingenii copiam que, et inveniendi atque eloquendi novitatem.

Sed haec et alia, ut Scheidii aliorum ve Verſiones locorum certorum, cognoſcere non avent pueri atque iuvenes, niſi quibus magiſtri contigerunt boni, Roſtio et Tibi, mi Frater, non diſſimiles, ac quibus inditus eſt impreſſus que a prima ſtatim aetate amor et cupiditas ſciendi plura, nec tantum haec, quibus eget victus quotidianus aut inſtitutum vitae aliquod per neceſſitatem ſummam.

Vulgo etenim nunc, ex eadem illa ſaeculi huius mollitie, circulos, quibus ſtudiorum includant ſtadium, ſibi faciunt pueri (corrupti adeo a magiſtris quibusdam ignavis et male prudentibus ſapientibus que) anguſtiores, nec ſpectant latos, quibus colligatur ſcientia, campos ad percurrendum, amplexi encyclopaedias quasdam ſicciores, et ſuperficiem rerum contuiti modo, nec fundum petentes litterarum.

Cum Tuos, Frater Optime, doceas recte ac plene: ut incitamentum aliquod et quendam celeuſtam ad reliquum iter litterarium audias, cum praecone amoris mei in Te perpetui praeſente, do Tibi, dedo, dico Herodiani Tomum hunc alterum, cuius ratio ſimilis quidem eſt illi primo, quoad tractandi modum ſeveritatem que curae, etiam in praemiſſis iterum *Corrigendis* et *Addendis*, quae nec Tu contemſeris, nec qui hunc Tomum per Ephemerides nunciant cenſores, utpote ſpicilegium quoddam e repertis per occaſionem et retractatas poſt prela cum ſpatio cogitandi longiore plagulas, quae, ut in ſuperiore Tomo factum meminiſti, miſſae Lipſia huc Plaviam ſingulis hebdomadibus, effecerunt, ut in Tomum ſecundum hunc abſumeretur annus fere. Sed fert tamen idem hic Tomus brevitatem maiorem illam, quam ipſe promiſi praevidi que, et Ephemerides quaedam popoſcerunt, complexus quippe *tres* noſtri ſcriptoris libros, tum Excurſus et pauciores, nec ita longos.

His rebus frueris, mi Frater, memor mei, et monitus, ad tertium Operis Tomum confectos iam nunc a me libros quintum, ſextum et ſeptimum dimidium, ac, quo tempore ſcribebam haec, e ſeptimo libro ſeptimum item caput. Quos labores dum prela exercent nova: ſpero, fore, ut reliqua pars textus Graeci tractando abſolvatur, caetera que componantur, quae Tomum expleant tertium, ac finem ſic Operi imponant toti.

Sed certum quod tempus, quo ſuccedat ultimus hic Tomus, praedicere nequeo, cum longe progredi non liceat in paucis a labore ſcholaſtico otii temporibus, maxime per hyemem, et plagulis, quae Lipſia veniunt ſingulae ad emendandum, prela retardantibus, et propter perpetuam quaerendi de Herodiani Graecitate neceſſitatem, denique quoniam longioris curae cogitationis que futurae videntur diſſertationes binae in primis, tum cenſus Codicum manu ſcriptorum Editionum que, tum Herodianae ſcriptionis imago univerſa.

Quandocunque Opus confectum plane prodeat: quos Indices varios expetunt Ephemerides, et ipſe Tu, Frater Cariſſime, neceſſarios vides, ut reperiri poſſint repeti que res tractatae, dabo ſane, e multis hauſtos plagulis, quibus illino quotidie ſingula, ſcitu neceſſaria.

Deum vero et Tua, mi Frater, patitur pietas et meus vult animus laudari hic palam atque praedicari, cum virium animi corporis que ſuſtentarit integritatem et alacritatem, in primis ſalvam oculorum aciem in continua contentione, et declinante nunc aetate atque deſcendente, poſt vitae annum quinquageſimum ſeptimum, ſed muneris ſcholaſtici trigeſimum. Dabit idem immortalis Deus mihi quidem, ſi ſalutare eſt, cum vita longiori finem laboris huius immenſi, ſed Tibi Tuis que

pro iucundis aptiſſima quaeque.

Ita vive, Frater Optime, cum Tuis porro, ut potes ac ſoles; me que ama, ut facis et ſcis, Te a me amari unice.

Scripſi Plaviae Variſcorum menſe Novembri A. C. N. CIↃIↃCCLXXXIX.

Finieram, cum addenda offerebantur duo, primum hoc, quod filius periculum fecit ſculpendi in tabula aenea ad 4, 2, 12. ſqq. non modo *aediculam* illam *conſecrationis*, ſed etiam *Pharum*, ib. §. 15. comparatam ab Herodiano. Quarum ſimilitudo aut diſſimilitudo aeſtimari ſane poterit melius, utrisque iuxta ſe poſitis. Sculpſit autem ad imaginem aedificii apud Fabricium in bibliographia antiq. p. 368., ſed turris alterius apud Montefalcon. antiqu. ed. Vern. p. 382. Tab. 126. Nr. 2.

Deinde in manus venit de primo Herodiani Tomo iudicium, factum in libello, qui inſcribitur *allgemeine deutſche Bibliothek*, ubi 90 Band. 1 Stück S. 204. auctor, ſive potius artifex, bilem et virus

ſic effudit, ut nemo antea. Cuius ego hic modo referam iſta, quae falſo et per iniuriam dixit. — *Die drey Handſchriften* — *ſind die* beſten *Hülfsmittel*, welche *gebraucht worden ſind* (?) weit *unbeträchtlicher* iſt *Berglers* Ueberſetzung (?) *Aber* durch *den* Gebrauch *dieſer* Hülfsmittel *hat* Herodian *ſelbſt* nichts *gewonnen* (?) — *wenn* man *einmal* in *die* Noten *blicken* will, *und* ſich *da* plötzlich *in* einen *unabſehbaren* Wuſt (?) *von* Druckfehlern (?) — *Abbreviaturen*, und *tauſend* andern (?) *nichts* aufklärenden (?) *Dingen* wie begraben *ſieht*. — Hr. Irm. *bleibt* der *alten* orthodoxen *Kritik* ſo *getreu*, wie *z. B.* Hr. Fiſcher *in Leipzig*, und *zur* Vertheidigung *einer* alten *Leſeart* wird *alles* aufgeboten, *was* Aehnlichkeit *hat* oder *nicht* (?) — Zahlreiche *Erläuterungen* von *einzelnen* Worten *und* Redensarten, *ſind* noch *am* Ende *als* Excurſus *angehängt*, die *mit* der *kleinlichſten* (?) Weitſchweifigkeit *für* Schüler (?) *abgefaſst ſind.* — Quid igitur? Cenſor hic certe properavit, impatiens que et legendi et videndi et cogitandi, atque ira impeditus; adeo ſe criticum non praebuit talibus effatis, adeo falſa ſuopte confinxit ingenio, adeo ſua omnia ſine rationibus et argumentis exemplis que profudit, ut ſilentio in poſterum praetereunda ſint ac negligenda, ſi qua de Tomis operis reliquis iudicaverit.

Et poteram celare viri iſtius totum ſtomachum illum iam nunc Te quoque, mi Frater, et alios, in quorum notitiam ille libellus non venturus eſt, niſi erant, qui, me prorſus ad iſta tacente, putarent, illum aliquid dixiſſe, cum nihil dixerit, viciſſe illum, ſed me iacere. At enim ſtamus adhuc, et porro ſtabimus, muniti non tantum veritatis clypeo, — mendacia vanitatem que perosi, — ſed quoque lenitatis aliquo radiantes decore, contenti item rectorum conſiliorum conſcientia, et apud iudices idoneos honore quodam. Tu quidem, Optime Frater, in memoriam videris mihi revocare illa Noſtri 4, 14, 9. et veterum Comicorum affinia haec,

Ἀνδρός, τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν,
et
Νίκα λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν.

Addebam Plav. d. XV. Decbr. anno eodem.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

A. p. 2. l. 25. εν ſine ſpiritu eſſe debet — p. 4. l. 24. alibi, cf. Diod. S. 2, 149. l. 25. δ. μέσ. τῶν αἰχμαλώτων ἐβάδιζεν. — p. 6. l. 18. cum π. v. Hoog. Op. p. 1078. Nr. 7. p. ſq. c. Ael. V. h. v. π. et ὅς, Fi. Ae. 2, 26. i. eo Xen. Cyr. ex 5, 2, 5. ὅ τί ποτε εἴη ταῦτα, Th. V. 1. p. 275. i. ὅ, τι ποτε λ. quaenam *illae* res *eſſent*, quocum Stp. in m. aliquid ſaltem dedit, — p. 10. l. 5. αἰφνιδίως xx — ib. l. 7. v. N. xx) αἰφνηδίως ed. Lu. mendoſe. — ib. l. pen. Capit. de Vero — p. 11. l. 31. it. Dd. S. 2, 161. l. 42. p. ſq. l. 30. — p. 12. l. 21. poſt 99. add. „et ap. Polb. 2, 576. i. ἐγὼ δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀ. *huius* ego *regnum* ut *ſuſcepi*, ſine Ind. (ubi modo formula ſyn. διαδ. τὰ πράγματα,) it. p. 726. m. — p. 14. l. 27. Dem. 444, 6. 480, 19. ſq. et cum ὑπὲρ 569, 17. it. cum adi. noſtro ib. Ind., cui add. 174, 5. 7. 387, 11. 479, 27. 481, 10. ſed — p. 15. l. 3. colon fiat in apice poſt φίλον· h

B. p. 19. l. 10 *foribus*" cf. 7, 12, 13. — ib. l. 19. conſeq. — ib. l. ult. ὄν — ὄντα — p. 24. l. 15. *cunctamini*, cf. Dem. ſine Ind. 102, 11. 138, 13. τί μέλλομεν; — ib. l. 35. Bach. — p. 26. l. 17. *adeſſe*, ſed alio ſenſu ib. 2, 238. l. 12. τῶν ἑ. σ. προσιόντων, *qui* ipſorum *in* ſal. *ad* eos *accederent*, tum ſine Ind. ap. Luc. 1, 709. l. 41. ἑ. σ. ſalutis *cauſa*, — ib. l. 22. pro ſibi leg. ſiti — ib. l. 33. Dion. Caſ. it. Liban. ep. 11. i. κεῖται γὰρ Ἀρισταίνετος, *hic* enim *ſepultus* iacet *Ariſtaenetus*, per terrae motum, ſed cum —

C. p. 35. l. 15. Polb. ſed cum Stp. ad Herdt. 459, 36. 39. δ. κήρυκας, — p. 46. l. 34. etc. cf. in συμβ. τὰ ἀρ. 1, 4, 9. τὰ ἀρ. σ. variatum non tantum ordine, ſed et adiuncto σωτ. a Noſtro de ſuo, nunc demum mihi repertis ap. Herdt. ſine Ind. 616, 7. συμβουλευομένου ἂν συμβουλεύσειε τὰ ἀρ. *ei conſultanti* optima *conſuluerit*. — p. 47. l. 1. dele comma poſt ὡς — ib. l. 2. ὑπὸ —

D. p. 49. l. 10. poſt cf. add. „ſine Ind. Polb. 1, 35. i. ſ. 1, 59. i. Abr. — p. 50. l. ult. *Staatsverwaltung*, cf. ſubſt. cum alia praep. ap. Liban. p. 18. l. 7. τῇ περὶ ταῦτα ἀρετῇ, *iſta* in *his* talibus *ſolertia*. Denique. — p. 52. l. 31. poſt alibi add. „(1, 17. 10. in ἐτῶν τοσ. variato per ordinem) eodem — p. 56. l. 15. poſt πεπειρ. add. „cf. Thuc. 408, 2. τῇ προσδοκίᾳ ὧν πείσονται, *expectatione* cladium, *quas* eſſent *accepturi*. — ib. l. 32. poſt 120, 7. add. „it. Phil. p. 307. A. e. μὴ μέλλοντας καὶ βραδύνοντας, ἀλλ' ὑπερβάλλοντας τάχει. — p. 57. l. 35. πανδ. et in δμ. προθυμ. ad 3, 6, 16, — ib. l. ult. ſyn. cf. Di. H. S. T. 1. 389, 35. παραδιδόντας σφᾶς αὐτοὺς ὑμῖν δίχα τῶν ὅπλ. inermes *ſe* vobis *dederent*. — p. 60. l. 40. ſubſt., ut ap. Dd. S. 2, 249. l. 37. ἐταράττετο τὴν ψυχὴν, at — p. 63. l. 14. e P., nihil monens de rectione cum diſerta pr. μετὰ, iuncta peculiari ratione et in notione ordinis, cf. Call. Iov. v. 36. Muſ. v. 135. Iſ. Ev. Xen. Cyr. et Bach. ſed ſine Ind. ej. Ἀνβ. 3, 1, 45. 4, 6, 10. cum Poſſ. Sy. p. 249. m. Rs. O. V. 7. Iſ. ſed cum acc. perſ. eodem aliter Hom. Ind. in N. it. Herdt. et Wytt. Pl. tum in οἱ μετὰ cum gen. perſ. i. q. οἱ περὶ λ. Rs. O. V. 6. porro in rem crit. Eur. Phoen. p. 534. b. Diod. S. Fi. Pal. p. 122. N. c. e. tum de vi in compoſſ. Gat. Adv. et Abr. ad Ae. V. 2.

E. p. 66. l. 10, alibi, cf. 1, 9, 2. i.) et — p. 67. l. pen. Luc. Rs. O. V. 4. Xen. Bach. Thom. M. ſed cum pr. πρὸς et gen. perſ. ſine Ind. ap. Herdt. 371, 80. 566, 12. ſed Sch. — p. 70. l. 31. ſqq. leg. ſic: Di. H. S. T. 1., cf. infra ad 7, 1, 21. ὑπατείας, ſed ſemel in Polb. Ind. 2, 28. i. cum liberrima Vs., ut in ſyn. formula ap. Ioſ. 2, 410. m. τὴν ὕπατον διδοὺς τιμὴν, *eum* conſulem *declaravit*, ad quae N. „i. e. τὴν ὑπατικὴν τι-

μὴν. Sic ap. Herodi. habemus τὴν ὕπατον ἀρχ.“ et praeterea cum al. ſubſt. rei aut perſ. Call. Theogn., at nominatim ut epitheton deorum, Apollinis D'Arn. An. Cr. it. Iovis V. Eur. Hipp. Diatr. it. Dianae Dem., porro cum gen. perſ. Hom. Orph. ubi et abſolute, ut ap. Luc. τὰ Ὕπατα, pro nomine loci proprio, et in re muſica ὑπάτη Dd. S. cum L. Boſ. Ell. Suid. 3, 535. i. Hſy. 2, 1452. m. et pro ὑπατικὸς Caſ. ad Suet. Dom. c. 15. ut ſcriptores — p. 73. l. 22. quae operae inter corrigendum transpoſuerunt tribus verſibus, ſic reparanda ſunt„ reddens adeo primo adv. intra articul. et nom. per adi. et neutr. adi. per ſubſt., deinde, praeter pron. aliud poſſeſſ. ὑμέτερον e P., adiunctum gen. in regimine per particip. abl., ſed ut ſic praep. eius pendeat a pr. nom. ὁ., non ſq. τ., nec tamen fere aliter licuerit, cum ſevera ratio hic non procedat. — p. 75. l. 40. poſt *pron.* add. „ſed Hom. Ἰλ. ά, 299. τῷ ἄλλῳ, *cum* alio *quovis*, Dem. —

F. p. 83. l. 14. φαίνεσθαι, ſed L. N. T. Schw. p. 720. N. 1. e. „ſic Herodi. 2, 3, 15. ἀχ. ὀνομ. *ingratus* animus *eſt*.“ — p. 87. l. 9. uncum adde poſt rel.) in — ib. l. 40. A. et cum praep. alia ap. Heliod. p. 133. e. μὴ οὕτω ποτὲ πάθος ἰσχύειν, ὡς μνήμην τὴν εἰς τὸ θεῖον ἐκπλῆξαι. — p. 88. l. 19. in οὐ cum — p. 91. l. 7. *intereſſe*“ (quod — ib. l. 8. T. 2. it. Polb. cui add. E. L. 25. ſ. 2, 573. e. τὰ διαφέροντα τοῖς ἰδίοις πράγμασιν, *quae* regno *ſuo* ſint *accommoda*, coll. ſyn. p. ſq. i. συμφέροντος λ. — ib. l. 10. leg. 126, 40. et Dd. S. 2, 322. l. 65. ſine Indd. at Ind. Luc. — ib. l. 22. Fi. The. b. m. ſed ap. Dem. ſine Ind. cf. ſine artic. 57, 5. 1410, 15. tum plene καθ' ἕνα ἄνδρα 278, 12. — p. 95. l. 5. μικρ. λ., cf. infra ad 7, 3, 17.

G. p. 100. l. 39. Ad 2, 4, 1. Leiſn. — p. 105. l. 45. Herdt. (ubi et ſine Ind. cum gen. perſ. 372, 5. οὐ βουλομένους ὑπηκόους εἶναι Δαρείου, *Dario* parere *recuſantes*, ubi e gloſſa eſt Var. L. dat. Δαρείῳ, cf. ſine V. L. ib. 572, e. τῶν Λακεδαιμ. ὑπήκοοι) et Xen. — p. 106. l. 10. provinciales, cf. Polb. 1, 285. m. πόλιν, μὴ οὖσαν ὑπήκοον Ῥωμ. — p. 108. l. 26. in m. Ms. Bg. — p. 109. l. 19. ſqq. et ſyn. Polb. 2, 728. m. καὶ κοινῇ, καὶ κατ' ἰδίαν, — ib. l. 34. nominatim ad noſtrum adi. — p. 110. l. pen. *ingenium*, (expleto ſic ad neutr. illo ſubſt. ἦθος, quo de cf. §. 2. N. e. ad εἰς τε τὸ κοσμ.) ſed ſolum τὸ πρ. cum gen. al. Fa. Aeſ. ut nudum adi. in L. N. T. Xen. Z. Pol. et Cyr. at ſine Ind. Bach. Sy. 1, 10. Iſ. Ev. ut cum acc. ellipt. πρᾶος τὸν τρόπον, ſed cum praep. etiam Dem. et in rem critic.

H. p. 115. l. 20. Stp. Th. cf. Xen. Ἀνβ. 7, 3, 26. ὁ δὲ ὑπέσχετο — τῷ στρατηγῷ τετραμοιρίαν καὶ γῆν, ὁπόσην ἂν βούλωνται, — p. 116. l. 6. ubi Sch. — ib. l. 21. poſt 20. i. add. „Caeterum P. deſerit quoque Sch. in „εἰς *in* aliquot *annos*“ ſed in v. ἐτ. cum Bg., ubi praep. cum ſubſt. temporis valet pro noſtro *auf*, et Lat. *per* ſ. *uſque ad*, cf. 7, 2, 19. — p. 117. l. 38. poſt *formae*. add. „Caeterum huc ſine Gr. e P. reſpicit Heinecc. Antiq. Rom. p. 246. i. „pauciſſimi ſane Principes Helvium Pertinacem imitabantur qui Imperatoriis poſſeſſionibus nomen ſuum inſcribi prohibebat, non eſſe illas dictitans imperantium proprias, ſed communes Romanorum et publicas. Herodi. 2, 4, 11. — p. 118. l. 45. allatam, it. a Poſſ. Call. p. 670. i. quibus — p. 119. l. 29. v. ἐλ. ubi add. 196, 7. 14. — p. 121. l. 32. (quem — laudarat,) ubi et huc reſpicitur ſine Vs., Hemſth.

I. p. 131. l. 18. Diod. S. cui add. 2, 238. l. 28. — ib. l. 19. leg. 237, 1. 262, 5. it. Ioſ. 2, 371. ſ. 6. m. — p. 134. l. 12. omittit, cf. 1, 6, 1., ſed — p. 137. l. 18. Krg. cf. ap. Polb. ſine Ind. 2, 279. m. κατὰ μὲν τὸ παρὸν — πρὸς δὲ τὸ μέλλον λ. in *praeſentia* quidem — *in* poſterum *vero*, it. p. 726. i. κατὰ τὸ παρὸν, in *praeſentia*, (opp. ſqq. εἰς τὸ μέλλον et p. e. τῆς εἰς τὸ

μέλλον ἐλπίδος,) it. 741. ſ. 100. e. it. ap. Di. H. S. 491, 26. — p. 141. l. 31. in v. γ. Zoſ. 5, 9, 6. *εἰς βαθὺ γ. ἦν προελθὼν,* Luc. —

K. p. 145. l. 46. ſine Ind. ap. Herdt. 617, 34. *ἐπ. ἦν, μὴ λ.* it. 477, 36. *ἐπικίνδυνός ἐστι αἰεί κοτε ἡ Ἰωνίη, ἡ δὲ Πελοπόννησος ἀσφαλέως ἱδρυμένη, Ionia* quidem *ſemper* obnoxia *periculis* eſt, *ſed* rel. Thuc. — p. 148. l. 8. *ὄντας,* cf. ſine Ind. iterum ap. Xen. Ἀνβ. 7, 6, 11. *πάντα μὲν ἄνθρωπον ὄντα προσδοκᾶν δεῖ,* Th. V. 2. p. 429. i. homini *nihil* non *expectandum eſt,* Char. 71, 8. *θάνατον μὲν γὰρ, ἄνθρωπος ὢν, προσεδόκων,* Vs. p. 83. l. 16. mortem *equidem* exſpectabam, *qui* mortalis *ſum,* ſed melius D'Orv. p. 394. e. „homo *natus.* Eur. Hipp. 472. *ἄνθρωπος οὖσα*" *cum* ſis *homo,* in Vs. Barn. et Valk. ſed ſine N., tum ſine Ind. Herdt. 17, i. *τὰ πάντα μέν νυν ταῦτα συλλαβεῖν ἄνθρωπον ἐόντα, ἀδύνατον;* ſed *haec* omnia *conſequi* hominem, *impoſſibile eſt,* immo *igitur* omnia *quidem* haec *ſimul* accipere *hominem* natum, *impoſſibile* ſ. *fieri nequit,* it. 534, 36. *εἰδέναι δὲ ἄνθρωπον ἐόντα, κῶς χρὴ τὸ βέβαιον, δοκέω μὲν οὐδαμῶς, ſcire* vero *aliquem,* quum *ſit* homo, *qua ratione* quid *firmum* eſſe *oporteat,* nequaquam *arbitror,* Abr. Dl. — ib. l. 14. *πεφυκότι,* et cum Vs. Th. V. 1. p. 3. i. *homini,* prout *eſt* a *natura,* ſed — ib. l. 27. *inſidias,* ſed ſine Ind. Di. H. S. T. 1. 428, 9.) ubi — ib. l. 35. *dixit,* it. Polb. 2, 311. i. *τοῦτο ἐμὸν μὲν οὐκ ἦν ἔγκλημα, mea* in *eo* nulla *profecto* culpa *eſt,* et ſubſt. — p. 154. l. 9. iram et timorem — p. 158. l. 35. *corripere,* it. 2, 162. l. 97. *παρ. κατειχ. τοὺς* — p. 159. l. 22. *quaerebantur,* ſed in v. ſqq. ſimul illud The. Fi. 14, 2. *τοῦτο ζητεῖν, καὶ μὴ δύνασθαι εὑρεῖν,* nobiscum —

L. p. 170. l. 25. Suid. cum Poſſ. C. ſed phyſice — ib. l. 26. Dion. H. S. T. 1. Ioſ. Gat. ad Ant.) ſed de — ib. l. 28. *animi,* tum *τὸ εὐσταθὲς* ap. Epict., ut ſyn. ſubſt. *εὐστάθεια* ap. Suid. Hſy. Ioſ. cum Thom. M. p. 301. N. 3., copulante — ib. l. 34. dele comma poſt appoſitione — p. 171. l. ult. illi 2, 3, 9. e. ſine Vs. — p. 172. l. 37. *π. δ. ὀψ.* — p. 173. l. 11. T. 1. Herdt. 623, 20., *ἄχρι* — p. 178. l. 45. formula, (niſi poſt ap. Polb. ſine Ind. 1, 313. m. *κ. δὲ τὸν ἀ. κ. ſimul,* una cum his, *κ. δὲ τὸν κ. τοῦτον* p. 675. e. *eodem* etiam *tempore,* at 2, 364. m. ſ. 5. i. eo *tempore,* tum p. 588. e. *ὅτι κ. τὸν κ. τοῦτον,* per Latt. eadem, at p. 735. m. *per* idem *tempus,* et p. 762. m. per Vs. liberrim., porro *κ. τὸν κ., ἡνίκα λ.* p. 598. m. it. *κ. τὸν κ., ἐν ᾧ λ.* p. 714. m. it. *κ. δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, per* idem *tempus,* ib. 1, 695. e. ſ. 96. i. at p. ſq. e. *κ. δὲ τοὺς αὐτ. καιροὺς,* per Vs. liberr., ſed eadem 2, 30. m. *eodem* etiam *tempore,* it. p. 453. e. *κ. δὲ τοὺς κ. τούτους,* ſub *idem* vero *tempus,* et in media oratione ap. Ioſ. 1, 537. l. 9. *κατ᾽ αὐτὸν καιρὸν, ſub* idem *tempus,* ſed rurſus ap. Polb. 1, 200. l. 9. per ſyn. praep. *ἐπὶ τοὺς αὐτ. καιροὺς, ad* eadem *tempora,*) ſed affini — ib. l. 46. *tempeſtate,* Dd. S. 2, 455. l. 32. *οἱ δὲ — κατὰ τὸν αὐτ. χρόνον, circa* idem *tempus,* it. Thuc. 265, 22. *κατὰ δὲ τὸν αὐτ. χρόνον, καθ᾽ ὃν ταῦτα ἐγένετο,* per *idem* tempus, *quo* haec *gerebantur,* Iſ. Ev. — p. 179. l. 16. Eutr. Met. (cui add. ib. e Xiph. 256, 40. *οὐαλέριος — ἀνὴρ ὑπατευκὼς,* vir *conſularis,*) aliumque — p. 187. l. 19. alibi, et ap. Polb. ſine Ind. 2, 723. e. *μετέωρος ταῖς ἐλπ. γενόμενος,* ſpe *elatus,* it. p. ſq. e. *μετέωρος ἐγενήθη ταῖς ἐλπ.* inflari *vana* ſpe *coepit.* — ib. l. 45. poſt l. 4. add. „ſed ap. Phil. p. 2. E. e. *τῇ δ᾽ αἰσθητῇ γένεσιν τὸ οἰκεῖον ὄνομα ἐπεφήμισεν,* de *ſenſibili* vero *generationem* tanquam *proprium* vocabulum *praedicat.* — ib. l. pen. lege ſic deinceps" ſed vulg. lectio ſit difficilior, repugnet que etiam Ms. Ve., denique etſi *καὶ* per ſe ob pr. litteras ſimiles elapſum, tamen ob eas ipſas faciat ingratum concurſum in *κείω καὶ;* quem librarius et alibi inducit, cf. 2, 7, 3. nec Noſter refugit. — p. 192. l. 33. *ἄτε* —

N. p. 194. l. 43. claudere, (quod hodie etiam — p. 195. l. 26. Ind. 473, 5. it. Xen. Cyr. 4, 5, 47. *εἴ τι δέοι* — p. 197. l. 8. nobiscum, pro *τοὐν.* rel., v. N. — ib. l. 15. nominativus Mss. non — p. 200. l. 13. Phoc. it. ſine Ind. Dd. S. 2, 214. e. — p. 201. l. 30. p. 45. e. it. Ioſ. 2, 429. i. *καὶ ἔςιν ὁ κωλύσων οὐδεὶς*, *nec* eſt *qui* prohibeat *quisquam*, nemine — p. 202. l. 33. *αἴτιος*, cf. ſine Ind. Di. H. S. T. 1. 537, 25. *ἦν τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς εὐτυχεῖν σφαλερὸν ἀνθρώπῳ χρῆμα* —. *αὐχήματός τε γὰρ ἀνοήτου πολλοῖς αἴτιον γενόμενον, λανθάνει καὶ ἐπιθυμιῶν ἀρχηγὸν λ.* ubi, ſi lectio ſalva, fuerit ergo neutrum tamen; ducente — p. 204. l. 10. Ael. V. h. et Ioſ. cui add. 2, 362. ſ. 5. m. ſed —

O. p. 211. l. 16. *ſperaveris*, cf. Abr. ad Ae. 1, 363. m. „*ἀποπεσεῖν τῆς ἐλπ.* fuerit *ψευσθῆναι τῆς ἐλπ.* quod Thuc. — *ἐκπεσεῖν τῶν ἐλπ.*“ cf. Dd. S. 2, 182. l. 31. it. ap. Polb. Ind. „*διαψεύδεσθαι τῶν ἐλπ.* excidere *ſpe*“ cui add. ib. 2, 727. e. *διαψευσθεῖσα τῶν ἐλπ. ἡ σύγκλητος*, fruſtrati *patres* ſua *ſpe*. — p. 214. l. 14. Scythone“ dum per analog. modo ſcribitur, cf. ad 7, 5, 11. — p. 216. l. 41. et 44. leg. maiuſculis elementis P. N. C. — p. 217. l. 26. quoque cum dat. *provinciae*, — ib. l. 30. Fi. 38, 5. *κ. ὃν χρόνον*, ut Phil. p. 748. F. i. ſed 763. e. ut hic, it. L. N. T. Schw. p. 732. N. hinc „*quo* tempore *dicta* illa *Romae* fiebant, *Syriae* Niger *praefuit.*“ — ib. l. 40. attribuit ei praeſidi Phoenicen — p. 223. l. 14. ambigue, ſed ordinem — ib. l. 22. e Thuc. habetur ſine Ind. —

Bg. in Ms. cum ſolenni ſigno ad pron. *nos* in N. modo „emendatio in Graecis“ ut Leisn. ad m. „legit ergo ἡμᾶς pro ἅμα, (idem ad m. Ox.) l. ἡμᾶς“ quod ipſum et in Progr. probat, cum monuiſſet, P. legiſſe ἡγεμόνα, quod quanquam ad ſenſum ſufficit, quem ille utcunque videtur expreſſiſſe, tamen a litteris vulg. magis abhorret, quam Rsk. ἐμὲ, mihi tamen non ita commendans ſeſe, ut alterum ἡμᾶς, expreſſum a Bg. in Vs., cum mox ſequatur eiusdem perſ. ἡμέτερον ὄν., quocum ἐμὲ in tanta vicinia vix procedat, etſi ἡμ. ὄν. ad ſenſum idem eſt et pro ἐμὸν ὄν., niſi quis aliunde teneat talia copulata, quae non tenui, ſed 3, 6, 6. ὅπλα καὶ στρατὸν ἐφ' ἡμᾶς συσκευάζεται, καταφρονήσας μὲν τῆς ὑμετέρας ἀνδρείας, ἀμελήσας δὲ τῆς πρός με πίστεως, ubi Sch. diſerte „pro una perſona“ ut tamen ibi ambigua res ſit, cum pertinere queat ſimul ad exercitum, ut diverſa quoque ſubiiciuntur τῆς ὑμετ. et πρ. με, quale quid et hic ſubiicitur deinde in οὔτε ἐμοῦ —, οὔτε τὸ ὑμέτερ. λ. Saltem per hanc dubiam emendandi rationem nihil dum edere debui, ſed relinquere vulg., variante Noſtro cum 2, 8, 18. in εἰ μαθ., his dirimendis hic longius, et maxime per rectionem aliam, i. e. cum particip. pro inf., ut recte cepit Bg., non item Sch. in „χειρ. *exercitum*, qui *creavit* ducem aliquem“ ad quod v. notarat Leisn. in m. Ox. „Act. 14, 23.“ cf. L. N. T. cum Loesn. Heſ. Suid. Bud. C. 218, 19. Stp. Th., qui huc forte reſpicit 4, 426. G. e. „cum acc. perſ. pro creare, (ut P. hic,) ap. eundem“ ſine Gr. et Lat. Bg., Ind. Aeſ. Fa. Luc. cum Dem., cui add. 310, 2. 321, 3. 21. it. 45, 15. 47, 9. 15. 23. 48, 17. ſq. 128, 8. 129, 1. 235, 11. 271, 22. 277, 2. 287, 19. 320, 24. 26. it. 136, 16.

ἡμετ. ὄν. πυθ.) In hanc phraſin, ex analog. factam, tacent Ind. Stp. Th. et G. Th. in v. P. et ſyn. Bg., qui ex eodem opprimit particip. ὑπ., ſecus ac 1, 10, 10. m., cf. 2, 9, 9. e. ad ὄντ., ſed in adi. ἀγν. et ἀσ. iuncta 1, 9, 12., ubi P. libere addit adv., cf. 2, 5, 12.

ἐξ ὧν) Bg., praeter recte reſolutam orationem, cf. Exc. ad 1, 4, 2. p. 832. m. 1), aſſumſit ad particip. ἡγ. pronomen, pro *quae* praeſides *geſſimus*, ſ. *procuratores*, cf. L. N. T. et Obſ. ad Luc. 3, 1. Krb. Loesn. et Kypk., tacente Stp. Th. in hanc notionem, ſed in rem ipſam et praeſidatum hunc Severi Dione et Spart., cf. 2, 9, 2., et Sb. Ind. Lat. in

„διωκήσαμεν[r]· εὖ ἴϛε, ὄυτε 17. *be ſcitote, eos neque*
„ἐμοῦ ῥαθυμίαν ἢ ἀδρανίαν[ſ] *mihi ſocordiam aut igna-*

r) *Ms. Vi*, διοικήσαμεν, et poſt noſtrum eſt colon, pro al. puncto aut commate. ſ) *Ms. Ba. et Ve.* ἀνανδρίαν, v. N.

Severus modo hinc proferente „Syriae quoque praefuit“ ut Sch. „ἡγ. *praeſidis* officio *functi*,“ Sed ad ſq. v. δ. Lat. Bg. aliunde tenet Stp. Th., tum unus Ms. augmento caret fortaſſis librarii tantum lapſu, cum rel. id ſervent, ſed nos colon delegimus, ut magis aperte finis protaſis agnoſceretur in longiore periodo, ob cuius ampliorem apodoſin ſervatus eſt quoque numerus §. novae, per ſe in periodo media alienus, et olim removendus forte.

εὖ ἴϛε) Sch. „ἰ. *bene*, probe, *ſcire*, ἰ. probe *noſtis*“ Bg. diſcedente tantum in tempore ſ. modo, ſed a Stp. ad m. etiam quoad Vs., qui e P. liberrimo ſervarat adv. *profecto* ad ſenſum, in Th. non tenens hanc formulam, ſed ſyn. aliarum perſ., nec monens, ut nec L. Boſ., de ellipſi coniunct. ὅτι, unde perite Bg. per inf. cum acc., v. Abr. ad Aeſch. 1, 177. m. it. Dl. Th. p. 5. e. cum Auct. p. 422. i. Vig. p. 262. m. ſq. Hoog. Op. p. 876. m. Ind. v. εὖ Luc., cui adde 1, 28. l. 62., Dion. H. S. T. 2. Aeſ. Fa. Soph. Ai. v. 1325. Suid. 1, 889. m., non coll. ad Heſ. 1, 1503. e. 1508. i. niſi dicas, ſine rectione ſtare, ut Lat. *credo*, *opinor* rel.

ῥαθυμ.) Cod. ῥαθ. ἢ ἀνανδρίαν. Difficile dictu eſt, utra lectio ſit vera. Vix quidem veroſimile eſt, mutaſſe quemquam ἀνανδρ., quod frequentius adeſt, in ἀδραν., quod rarius occurrit; et tamen hoc nimis pleonaſticum videtur. ῥαθυμία enim et ἀδρανία fere eadem ſunt, niſi quod ῥαθ. aliquanto plus turpitudinis contineat. Senſus tamen, ut ita dicam, qui in me eſt, criticus receptam lectionem amplecti mavult. *Stroth.*

Gloſſam eſſe Mss. duorum ἀνανδρίαν, patere credo, non modo hinc, quod tertius Ms. Vi. manſerit in vulg., ſed etiam ex illo ipſo, quod Strothus ſentit, et pro indicio gloſſarum cenſetur, cum frequentius vocabulum rariori ſubſtitutum ſit, quibus duobus argumentis pro vulg. tertium hoc accedat, quod in copulatis ſubſt. vulg. non eſt tautologia inanis, ſed differentia quaedam, vel a notatione, cum oriantur a diverſis primitivis, vel etiam ab explicatione et interpretatione, quod ῥαθ. cernitur in eo proprie, ut levem animum teneas, levesque res, nec graves et difficiles ſuſcipias, cf. Exc. ad 1, 1, 9. ſed ἀδρ. in hoc, ut plane nihil agas vel agere velis; ad quorum intelligentiam non proſunt Lat. P., quae partim Sch. retinet in „ἀδρ. *imbecillitatem*, torporem, *ignaviam*, κ. *arguent* me *deſidiae*“ hinc, vel e Sb. Ind. ſuum ducente Bg. poſtremum, quo reddit prius Gr. 1, 10, 5., ubi et dedimus e G. Th. cum Gr. illo eodem, ſed ib. „*ſoc.* μωρία, ἀδράνεια, ῥαθυμία, ἀσυνεσία, ignavia, — induſtria *ſocordiae* opp. Tac. — *ſocordiae* atque *ignaviae*, Sall. Cat. c. 52. „§. 29., ubi Cort. non ſolicitus eſt de Lat. diſcrimine, quod et ipſum ex etymologia apparens, ſic poſuerim, ut ſocordia ſ. ſecordia laboret, qui ſit ſine corde, mente, intelligentia, cogitatione et cura, unde illa Gr. μωρ. et ἀσυν., it. ſine animo, i. cupiditate, voluntate agendi pugnandique, unde iſtud Gr. ἀδρ., ſed ignavus, i. non gnavus ſ. non navus ſit per ſe quidem i. q. non agilis et laborioſus, ſed deinde in primis non celer ad laborem et conſtans in labore perferendo ob moleſtias, damna et pericula, utque ſocordia ad animum, ſed ignavia etiam ad corpus

„καταγνώσονται, οὔτε τὸ ὑμέ-
„τερον γενναῖον καὶ πρὸς τὰς
„μάχας ἐμβριθὲς ὑποςῆναι
„αἱρήσονται [t], καὶ σωμάτων με-
„γέθεσι, καὶ πόνων ἀσκήσεσι,

viam imputaturos, neque ve-
ſtram alacritatem et in pu-
gnando vim ſuſtinere optatu-
ros, cum et corporum ſtatu-
ra, et laboribus tolerandis,

t) Ms. Ba*r* colon, ut punctum in A.

pertineat; hic ut reddant noſtrates *Feigheit* oder *Unthätigkeit*, in poſtr. vicinius ad Gr. de noſtra quidem expoſitione, quo de Stp. Th. tantum haec „*ἀδρανία ſ. ἀδράνεια*, *imbecillitas*, ut γήρως ἀδρανίη, in epigr.“ quae notio, e δραίνω ſ. δράω ducta, non videtur prima, quanquam et eſt in Lex. Baſ.“ imbecillitas, inertia, ignavia, torpor, (ut P. hic,) infirmitas, ἀδυναμία, ἀσθένεια, torpedo“ quorum tribus Lat. primis Lex. Ern. modo addit „ſocordia, Philox.“ praeterea reperiente me tantum ap. Suid. 1, 56. m. ἀδρανία, διὰ τοῦ ι, ἀδυναμία, ἀσθένεια, infirmitas, *imbecillitas*, cum locis duobus ex epigr., in quibus et ille Stp., tum ἀδράνεια δὲ, δίφθογγον, ἀπὸ τοῦ ἀδρανὴς ἀρσενικοῦ, quae modo videntur diverſa Scholia et diverſis e fontibus auctoribusque a Suida conflata, cum utr. forma ſubſt. ab eodem adi. fluxerit, nec ad ſenſum diſcrepet, ſed adi. tantum ap. Heſ. ἀδρανὲς, ἀσθενὲς, cf. L. Ern. et 2, 9, 3. e., quocum variatur per adiunctum ſubſt. alterum.

τὸ ὑμ. γενν.) Forte πρὸς τὸ τῆς μάχης ἐμβριθές. *Reisk.* Ad γενν. (in quo variatur cum §. 11. ἀνδρείαν, cf. Ind. Dem.) reddit Bg. partim e Stp. m., qui in Th. τὸ γ. tenet modo e Noſtri alio loco, ſed nihil tale in ἐμβρ., ubi Sch. „gravem ſ. conſtantem ſ. ferocem *animum* ad *pugnandum*, μ. *ad* pugnas *virtutem*“ ſed Bg. dilucidius, pro vehementia, (ut Lex. Baſ. diſerte in Latt. habet *vehemens*, et G. Th. 1047, 48. „*vim — pugnantium*, i. animos et impetum, quem in praelio habent“ cf. Ind. Corn. N.) etiam quoad Noſtri adiunctam praep. πρ., in quo forte Lat. quid et peculiare eſt ac *periphraſis* gen. ſolennis per praep., quem gen. refert non modo Rsk. coniectura inutilis, (quae et inducit duplicem rectionem v. ὑπος., cum acc. nudo τὸ γενν., et ſimul cum praep. πρ.) verum etiam Ind. Dion. H. S. T. 2. τὸ ἐ. τῆς λέξεως ſine Vs., it. Luc. ſine Ind. 3, 516. l. 84. de Dem. τῆς ὅπλων βίας τὴν τοῦ λόγου πειθὼ, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἐ. οὐδαμῇ τιθεὶς δεύτερον, *qui* armorum *viribus* vim *oratione* perſuadendi *et* conſilii *gravitatem* poſtponam *minime*, vel potius *ſententiae*, ſententiarum orationis, *gravitatem*, pondus, robur, vehementiam, cf. ib. p. 514. l. 38. et 45. it. p. 501. l. 20. ſqq., Thom. M. p. 301. cum p. ſq. N. 3. Suid. 1, 721. e., non coll. ad Heſ., Poll. 4, 85. Foeſ. Oec. Gottl. Plat. Ph. p. 50. m. Indd. Polb. Diod. S. Long. Mor. Plut. Krg. cum Gs. Chr. et Abr. ad Aeſch. T. 1. Elench. voc., ubi tamen in textu l. l. lectio al., variante Noſtro quodammodo cum §. 12. ἀναγκ. in ὑπος., ubi proinde, P. deſerto, Bg. Lat. idem, ap. G. Th. cum Gr. n., etiam ap. Stp. Th. aliunde et cum rectione Noſtri, cf. R. Or. Ind. V. 4. 6. Dem. Xen. Ἀνβ. et Cyr., Polb. Diod. S. Abr. Dl. Th. cum Suid. 3, 559. e. it. Heſ. 2, 1475. ſq. 1484. i., ut ad v. αἱρ. Stp. Th. tenet P. Lat., non item Bg., quod h. l. proprie pro eligere, cf. G. Th. Nr. 2., ut Gr. cum neg. pro nolle, cf. Ind. Dem.

„καὶ[u] ἐν τῇ συςάδην μάχῃ πολὺ „ὑμῶν[x] ἀπολιπόντες[y]. 18. Φθά„σωμεν οὖν τὴν Ῥώμην προκα-

et cominus pugnando longe nobis ſint inferiores. Properemus itaque prius occupa-

u) Hoc καὶ mendoſe carent Par. utr. et Ox. 1. x) Nullibi hic variatur, v. N. y) Ms. Ba. ἀπολείποντες λ. v. N.

ἀπολιπόντ.) Ms. tempus aliud et praeſ. pro aor. 2. iterum eſt vel e confuſis litteris, vel e gloſſa ad ſenſum indicandum, quem et viderunt Lat. Intp., non item Sch., qui partim e P. „ἀπ. longe *vobis* impares *habiti* proceritatibus *corporum*, (quem plur. P. in μεγ. deſerit Bg., tenente Stp. Th. ſubſt. id etiam cum σ. gen. aliunde, cf. ad Luc. 2, 890. e. ſq. ad Herdt. p. 13. N. 69. Plut. Hſ. p. 9. e. Rsk. ad Polb. p. 108. m. 514. e.) π. ἀσκ. laborum *exercitationibus*, (partim e P., qui liberior in π., ut Bg. in ἀ., reſpiciens ad §. 10. φ. π., ut Noſter variat cum §. 12. καμ., et peculiari ratione ſcribit in copulatis π. ἀ., ubi dediſſem ſaltem *laborum tolerantia* ſ. *adſuetudine*, porro in adv.) ἡ σ. μ., ſtataria *pugna*, ſ. quae fit conſertis aut collatis manibus, μ. τ. σ., praelio, quod cominus fit“ quae conveniunt fere cum Stp. Th. in v. σ. aliunde, et habent Vs. per adi. et ſubſt. vicinam Gr., e lege de adv. intra artic. et ſubſt. pro adi., ſed pertinentem proprie ad alia Gr. ςαδία μάχη, cf. Zoſ. 4, 11, 2. cum N. Ind. Diod. S. et Thuc. v. ξυς. Rsk. ad Polb. p. 122. e. Vig. p. 152. i. et ſupra 1, 10, 9. e., variante Noſtro cum 2, 3, 4. per v. ἀπ. act., ubi Bg. in πολ. ſeverior, quam hic e P., in cuius Vs. edd. Par. 2. Ox. et Ed. extat pron. *nobis*, ut in Ms. Bg., ubi in marg. Leisn. „l. ἡμῶν pro ὑμ. (ſed in m. Ox.) l. ἡμῶν“ contra contextum orationis, qui eſt de exercitu, et contra Vs. P. edd. rel., etiam illam Antw., et contra Gr. libros omnes; ut forte Bg. ſcriba erravit.

φθάσωμεν) Severior Bg. hic, quam P., tum quod v. φθ. non reddit per aliquod adv., ſed per aliud v., tum quod in adiuncto v. πρ. deligit aptius adv. pro praep., qualia ignorat Stp. Th., ubi in v. φθ. modo ſunt duo exempla cum particip. verbi, compoſiti a pr. πρὸ, in notione temporis, nec quid praecipitur in eam rem 4, 134. C. et E. m., nec ap. Bud. C. 550, 48. p. ſq. i., quorum Themiſt. locum, a neutro converſum, καθάπερ ἔφθημεν πολλάκις προειρηκότες, reddiderim, *ut* iam *ſaepe praediximus*, ſed alterum e Thuc. reddebant iſti „ἵνα μὴ φθάνωσι προεπιβουλευόμενοι, *ne* inſidiis *occupentur*“ de more ſuo, putantes, redundare v. φ., quem locum, Ind. tacente, non tenebam, ſed alia 3, 12. i. ἔφθασαν προκαταλαβόντες, celeriter *praeoccuparunt*, quae ad ſenſum paria ſunt Bg., tum 2, 91. i. φθάνουσιν — προκαταφυγοῦσαι, *fuga* ſe *recipientes* — hoſtem *praevertunt*, pro *celeriter* fugiebant *Naupactum* prius, *quam* eo veniſſent Athenienſes, vel *properabant* fugere *prius*, quae Bg. ratio procedit et, ubi φ. eſt cum πρότερος, ut ap. Dem. ſine Ind. 70, 15. ἐὰν μὴ πρότερος φθάσῃ ποιήσας, niſi *prior* facere *properes*, ut illud Stp. Th. E. m. et Bud. C. l. 40. ex Athen. περὶ Καλλίου — φθάνομεν καὶ πρότερον εἰπόντες, par eſt iſti antea Themiſt., *de* Callia *iam* ſ. ſtatim *etiam* ante *diximus*, cf. ſupra 1, 17, 16., cum in v., compoſito e πρὸ praep., ſed alius notionis et loci, lex maneat vulgaris, v. c. ap. Diod. S. 2, 238. l. 28. e. ἔφθασε προπηδήσας, *aſſiliens* ille *praevertit*, ſ. *ſtatim*, prius *aſſilit*; recte de φ. cum πρὸ ſeparatim ſta-

„ταλαβόντες, ἔνθα ἡ βασι- re Romam, ubi imperii eſt
„λειός ἐςιν ἑςία [z]. κἀκεῖθεν lar familiaris. atque inde
„ὁρμώμενοι, τὰ λοιπὰ εὐμαρῶς facto initio reliqua facile ex-

z) Ms. Ba. diſtinctio cum elemento parvo accedat ad colon Stp. rel., pro al. puncto.

tuente Z. ad Xen. Cyr. p. 140. b. i., ſed Bg. ſeveriore hic, quam 1, 6, 8. m. in πρ., ubi Stp. Th. huc ſpectat ſine Vs.

ἔνθα ἡ β.) Conſilium primarium nova molientium. Ita Sylla, Marius, Caeſar, Auguſtus, dominatum ſibi paraverant. *Boecl.* Ubi *imper. lar eſt fam.*, i. ubi imperii eſt ſedes. Alia mens videtur eſſe Pompeiano 1, 6, (14. m.) ἐκεῖ τε ἡ Ῥώμη, ὅπου ποτ' ἂν ὁ βασιλεὺς ᾖ. *Leisn.* v. N. ad 1, 6, (8.) *Stroth.*

Ad quem locum Noſter ſane hic reſpicit leviter mutando, Bg. ducente partim cum Sch. „ἑς. lar *imperii*, aula" e P., qui libere addit pron. iterum, ſed Leisn. notante ad m. Ox. „v. Ind. Flor. in *ſedes* belli" quem et ipſe notaram, ubi haec „ſedes *belli*, pro loco, ubi geritur. — imperii *Roma*. — Sic ap. Herodi. Severo Imp. appellatur Roma ἡ β. ἑς." cf. Ind. Suet. Burm. et G. Th. v. *domicilium* „imperii *orbis terrarum* Nep. 25, 3, 3. i. Roma" ad quem cf. N. et Ind., ut tamen h. l. nihil exiſtimem eſſe aliud, quam 1, 6, 8., atque adeo ſedem imperatoris, et locum, ubi hic proprie eſt, et eſſe ſolet ac debet, cf. 1, 15, 17. m. 2, 3, 1. Ind. Gem. Pl. „ἑςία, ſedes regni ſ. imperii" ſed in textu p. 3. m. πολλῶν ἐρυμάτων καὶ πόλεων — κυριεύων, ὧν ἑςίαν καὶ μητρόπολιν συνέβαινεν εἶναι τὴν Ἁλικαρνασσόν, ſed G. Th. „*lar*, — in primis domus uniuscuiusque, qui dr. *lar familiaris* Cato R. R."

κἀκ. ὁρμ.) Secundum proverbium, *a* lare *incipe*, i. e. a domeſticis et familiaribus initium ſume, v. 3, 15, (8.) *Leisn.*

Quae potius proſint ibi, quam hic, ubi non de caede aliave tali re agitur, ſed de bello, et de urbe occupanda principe, ut, inde initio facto, et hoc quaſi ὁρμητηρίῳ conſtituto, facilius ſit, reliquas urbes et terras occupare et ſibi ſubiicere; quod velle ſibi videntur, quae ſequuntur, τὰ λ. εὐμ. δ., P. quidem omittente iſta κἀκ. ὁρμ., non item Sch. in „ὁρμ. properantes *inde*, ſ. *prodeuntes*" qua notione phyſica, ut 3, 2, 19., ceperis ſane et hic, pro *inde* impetum *facientes*, ſ. *excurrentes*; ſicut et cum Sch. alii reddunt alibi, cf. Bud. C. 1003, 38., ad Thuc. 184, 10. 240, 60. 409, 39. add. 59, 14. 67, 84. 96, 9. οὐκ ἀπὸ τοσῶνδε ὁρμώμενοι, *quamvis* a tantis *nequaquam* initiis *orſi* et *progreſſi ſunt*, 142, 24. ὃς ὁρμώμενος ἐκ Ναυπάκτου, qui *ex* belli *ſede*, quam *Naupacti* habebat, *proficiſcens*, et paulo poſt iterum, 161, 90. ἐκ τῶν Ὀδρυσῶν ὁρμώμενος, ab *Odryſis* initio *ducto*, 220, 46. ἐξ αὐτῆς ὁρμώμενοι, illinc *erumpentes*, 226, 68. 239, 1. μὴ ἐξ αὐτοῦ ὁρμώμενοι ποτε, ne *illinc*, ut ex belli ſede, *excurrentes*, Schol. ὁρμητηρίῳ χρώμενοι, 242, 41. ὅθεν ὁρμώμενοι, 268, 34. 273, 24. 281, 29., ubi leg., ut 227, 32. ὅθεν πὲρ ὁρμ., Abr. Dl. p. 154. e. 297. e, 825. i. Heyn. ad Epict. 42. p. 165. et Caſ. ad Polb. T. 1. p. 818. e Liv. *ad oppugnandam Uticam omnes belli vires convertit*, *eam* deinde, *ſi* cepiſſet, *ſedem* ad *caetera* exſequenda *habiturus*; non variante Bg. in κἀκ. cum 1, 16, 1. e., ſed in ſq. v. δ. faciente cum Sch., partim e P., credo, pro conficere et exſequi, ignorante Stp. Th. hoc Lat., at Bg.

„διοικήσομεν[a], θείαις τὲ πρoῤῥή„σεσι πιστεύοντες, καὶ τῇ τῶν „ὑμετέρων[b] ἀνδρείᾳ ὅπλων τὲ „καὶ σωμάτων. „Τοιαῦτα εἰπόντα τὸν Σεβῆρον εὐφημήσαντες οἱ στρατιῶται, καλοῦντες Σεβαστὸν καὶ Περτίνακα, πᾶσαν

pediemus, cum deorum oraculis confidentes, tum virtuti noſtrorum armorum ac cor- 19. *porum.* Talia locutum Severum fauſtis acclamationibus excipientes milites, appellantes Auguſtum et Pertina-

a) Sic Stp. rel., ſed A. al. διοικήσωμεν, v. N., ut de κάκ. quarundam ſine iota 1, 16, 12. e. b) Ms. Ba. ἡμετ. v. N.

cum P. et Mss. tacite in fut. conſentiente pro edd. quarundam aor., qui ad pr. φθασ. referatur, a quo et per operarum errorem ortus fuerit.

θείαις) Id in partem aut certe ſpeciem conſilii praeſidiique venit. Ita ap. Tac. 2. h. 82, 6. *ſufficere videbantur adverſus Vitellium pars copiarum, et dux Mucianus* et *Veſpaſiani* nomen, *ac nihil* arduum *fatis*; quod poſtremum membrum magna et opportuna gravitate caeteris ſubtextum *fiduciam ex ominibus et prodigiis et reſponſis conceptam*, notat. *Boecl.*

Sch. in θ. „πρ. oraculis, πρ. praedictionibus ſ. oraculis *divinis* credere" ſed Bg. e P. per gen. ſyn., ignorante Stp. Th., cf. tamen Ael. V. h. 8, 1. m. ἑπόμενος τῇ θείᾳ προῤῥήσει, *ſecutus* divinam *allocutionem*, ſed Sb. Ind. e Zoſ. 2, 36, 1. πρόῤῥησις ἐκ θεῶν, *vaticinium*, immo *praedictum divinum* ſ. *praedictum deorum*, ſumenda praepoſitione in periphraſi adi. aut nudi gen., i. q. ib. §. ſq. χρησμῶν, (pro quo Noſter 2, 9, 4. variat hic,) it. §. 3., ubi et τὸ λόγιον, cf. ib. cap. ſq. §. 7. ſqq. et 2, 46, 3. πολλαῖς — πρ. πεπεισμένος, multis *praedictionibus*, quo in Lat. ap. G. Th. eſt Gr. n., de quo cf. Foeſ. Diod. S. 1, 59. l. 25. it. p. 144. l. 25. Dem. Dion. H. S. T. 2. et Luc. cum Heſy.

τῶν ὑμετ.) Leg. ἡμετ. *Reisk.* ut Leisn. ad Ms. Bg. „l. ἡμετ. pro ὑμ." Hic quidem in prima perſ. v. διοικ., communi illa exercitui cum imperatore dicente, tolerari poteſt Ms. Ba. ἡμ., cui tamen non addicunt rel. Mss., nec P.; ut contra feretur vulg., ſi διοικ. de duce et oratore potiſſimum ſumatur, in quem per ſe convenit aeque, ac in exercitum, tum ἀνδρ. ὅπλ. i. intrepidus animus et cupidus utendi pugnandique armis, cum peritia et adſuetudine tractandorum armorum, unde animi fortitudo facilius declarari poteſt, tum ἀνδρ. σωμ. i. robur, duritia adverſus labores et eorum tolerantia, cf. cap. ſq. §. 2. ſq. 2, 14, 3. 3, 6, 21. ſq. 3, 8, 14., etiam proceritas, cf. Spart. p. 632. i. *ipſe — ingens*, ſi reſpicias putes §. pr. σωμ. μεγ. καὶ πον. ἀσκ., tenente G. Th. modo Lat. P. in v. *arma* 452, 90. ex Ovid. *viribus* armorum *uti*, ſine explic., it. in *fortia — arma*, i. fortia facta belli ſ. bellica, vel arma, quae geruntur et adhibentur fortiter et cum animi fortitudine; nihil praebentibus etiam Stp. Th. et Indd., praeter Sb. e Iul. „ἀ. τοῦ σωμ. *virile* corporis *robur*" ſed Vs. ad latus ſimpl. *corporis robur*, et Lat. Liv. Ern. *virtus navium*.

Σεβ. καὶ Π.) v. ſupra. *Stroth.* §. 2. cf. de Bg. 2, 3, 6., hic e P., et 2, 8, 9. e., quocum variatur hic per v. καλ., ubi Bg. e P., qui nec ipſe copulam agnoſcens, tamen pr. particip. εὐφ. reſolvit in tempus finitum, ubi aut τὲ excidit intra ſimiles ſyllabas τες et Σε, aut cumulata ſunt iterum

ἐνεδείκνυντο [c] προθυμίαν καὶ σπουδήν.	cem, ſummam prae ſe ferebant promtitudinem ſummumque ſtudium.
Ὁ δὲ Σεβῆρος, μηδένα διδοὺς καιρὸν ἀναβολῆς, συ-	At Severus nullum relinquens locum cunctationi, va-

c) Mss. tres διεδείκνυντο λ. v. N.

particip., niſi quis particip. καλ. velit pendere a pr., et in notione modi per *dum* reſolvere, ut prius per hoc explicetur; quanquam alibi ſeparantur et diſtinguuntur res iſtae, ut 2, 3, 6., ubi diſertum τὸ quoque, cf. numos binos, ſic olim notatos mihi, neſcio, unde „Imp. Caeſ. L. Sep. Sev. Pert. Aug. — L. Sept. Sev. Pert. Aug. Imp. X.“

ἐνεδεικν.) Cod. διεδεικν. perperam. *Strotb.* Alio comp. iam 2, 5, 8. e. idem Gr. tentarat Ms. Gloſſator, hic offenſus, credo, repetitione v. mox ſq. cap. §. 3. e., et, niſi lapſum ſumas in praep., per litteras maiuſculas non diſſimillimas, ſubſtituens vulgato rarius, quod Stp. Th. tantum ſemel e Plut. habet, cui add. Ind. Plut. Hſ. Sb. e Xiph. Ael. V. h. Aeſch. ep. S., tacentibus rel.; cf. 2, 5, 8. e. in Lat. Bg., hic e m. Stp., qui in Th., poſt Bg. phraſin aliunde, hinc improbat P., hunc tamen proferens ib. 3, 946. F. cum ſimili loco Cic., non item alicuius Gr., qualem habet L. N. T. Schw. p. 479. e. ἐμάχοντο, πᾶσαν εὐτολμίαν καὶ προθ. ἐνδεικνύμενοι ex Dion. H. S. T. 1. 306, 33. per liberam Vs. *audaciae* alacritatis *que*, pro quo Noſter dedit aliud ſubſt. ſimul, cf. Ind. Luc. πρ. πᾶσαν ἐπεδεικν. et Dem., cui add. 93, 2. 133, 25., ubi et ſyn. παρέχεσθαι προθ., v. Ind., ut πρ. ap. Stp. Th. aliunde cum adi. π., quod, deſerto P., Bg. repetit ob diverſum ſexum ſubſt., cf. 2, 9, 17. e., et Lat. in πρ., ignotum Stp. Th., ſed ſequioris aevi ap. G. Th. et ſine Gr.; commodum noſtratibus, *Bereitwilligkeit* und *Neigung*, ut σπ. hic ſumatur pro cupiditate.

μηδ. διδ. κ.) *Compara hanc ſtrenuitatem ad eventum valde efficacem cum Nigri ceſſatione et ignavia* 2, 8, (16. it. 2, 9, 3. et 3, 4, 15.) *Boecl.* Gloſſ. ἄνευ ἀναβολῆς, ſine *dilatione*, ſine *procraſtinatione*. Tulit huius celeritatis fructus Severus, ut Niger cunctationis poenas 3, 4, 15. Norat Severus, dubitando et dies prolatando magnas opportunitates corrumpi, facto, non conſulto, in talibus periculis opus eſſe, ut Sall. ait b. Cat. 43, (3.) Hinc merito magnum bonum in celeritate ponebat, ut idem loquitur. *Leisn.*

Ib. §. 4. e., ſed hic, P. deſerto, Sch. in ἀν. „procraſtinationi *nullum* tempus *dans*“ cf. de Bg. Lat. ad καιρ. 1, 17, 16. e., hic ut ſuppleas ad v. διδ. pron. aliquem caſum perſ., ut αὐτοῖς, τοῖς ϛρατιώταις, ſ. αὐτῷ, ſibi *ipſe*; propter illud Lat. ad καιρ. fortaſſis deſerente Bg. etiam in v. διδ. (pro concedere, cf. Ind. R. Or. V, 7. Iſ. 8. And. et Xen. Ἀνβ.) ſeverum Lat. eiusdem notionis, cf. G. Th. 240, 10. ſqq. „cuius *igitur* audita *virtus* dubitationis *locum* non *daret*? Cic. — Liv. 25, 40. *ſed* nullum *neque* locum, *neque* tempus *cunctationi* conſilio *ve* dedit *Mutinis*“ e quorum primo loco etiam firmatur Noſtri caſus gen., quem in dat. effert Bg. ob v. ſuum Lat., unde hic forte ſcribitur, cum Indd. Gr. praebuerint ſimile nihil.

σκευάσασθαί τε αὐτοὺς [d] ὡς ἔνι μάλιςα εὐτελέςατα, ἐκέ-

ſa- colligere eos quam expeditiſſime iubet, atque Ro-

d) Cum Stp. ſelegimus hanc diſtinctionem, pro al. poſt ἔνι aut μαλ. commate, v. N.

εὐτελεſ.) Legendum invitis libris omnibus εὐςαλέςατα, *expeditiſſime.* Nam illud quidem εὐτελ., *viliſſime*, alienum ineptumque eſt. *Fab.* Bg. legit cum F. εὐςαλ., quomodo et P. videtur legiſſe. *Leisn.*

Qui et ad Ms. Bg. „legit ergo cum F. εὐςαλ." et in m. Ox. ponebat F. coniecturam cum numero p. 115., ubi 3, 8, 9. e. τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον εὐςαλοῦς τε καὶ ἑτοίμου λ., ſed Sch. „σ. *armari* quam *expeditiſſime*, (e P.) *vaſa colligere* quam *viliſſime*, ὡς ἔ. μ., *quantum* maxime *poterat*, ἔνι μ. εὐτ., *ut* fieri *poſſet*, quam *exped.* εὐτ. adv. *viliſſime*, expeditiſſime *armari*" Sb. Ind. in εὐτ. tacente, ſed in ὡς vulg. retinente, ut et in „σ. *vaſa colligere* quam *viliſſime* ſ. *exped.*" etiam Abr. Dl. Th. p. 646. i., tum Stp. Th. 1, 1133. B. m. v. ἔν. ſine Vs. at 3, 1384. e. „P. εὐτ. ap. H. vertit *expeditiſſime*" p. 849. in v. σ. non huc ſpectante, ſed poſt phraſin Bg. afferente ſine Vs. e Xen. Paed. l. 5. ὅσῳ δ᾽ ἂν κουφότερον συσκευαζώμεθα καὶ εὐτελέςερον, e Bud. C. 1325, 47., ed. Th. T. 1. p. 298. m., *quanto* quidem *levius* et *vilius* nos *oneraverimus*, Z. 5, 3, 35. Ind. „ſ. *commeatum* viliorem *ſecum ferre*" et iterum in v. σ., quo ſenſu per ſe convenit militibus Severi his, duriter ac parce vivendo iam ante adſuetis, cf. 2, 10, 10., et res intelligi poteſt ſic, ut collegerint in humeros aut ſaccos perasque cibum et parcum, (non, ut ſaepe, plus dimidiati menſis, aut totius,) et vero etiam vilem, buccellatum illum panem, tum et utenſilia pauca, cf. Lipſ. de milit. Rom. 5, 11. Op. T. 3. p. 286. e. ſqq., ut de victu quidem tenui mox ap. Noſtrum §. 3., ſed alio praeterea ap. Lipſ. l. l. 5, 16. p. 323., ubi p. ſq. huc accommodes de Scipione ap. Appianum, καὶ σκεῦος οὐκ ἐξῆν ἐς δίαιταν ἔχειν οὐδενὶ, πλὴν ὀβελοῦ καὶ χύτρας χαλκῆς, καὶ ἐκπώματος ἑνὸς, *et vaſum non licuit militi ullum habere ad victum, praeter veru*, et *ollam aeneam, et poculum unum*; qua parſimonia nunc imperata, iter ſane potuit fieri celerius, ut onere comitante leviori. Hactenus conſtabit ſibi lectio vulg., et maxime per Xen. locum illum, quem libenter Noſter imitatur; ut contra cum v. σ. non habui notatum Fabri adv., quod ſenſum modo hunc edit, iuſſos eſſe milites, ut quam celerrime colligerent res quiſque ſuas in ſarcinas, in quibus rebus fuere, quae proprie vaſa dicuntur, ut e Lipſ. meminimus, ſed ut et victus deinde ſub eodem nomine ac v. σ. comprehendatur, ut recte Stp. Th. habuit, cf. Bud. C. Ind. et 795, 22. 810. i., ſed et arma, quo P. reſpexit, cf. Ind. Xen. Hell. Ἀνβ. Bach. Gem. Pl. Chr. Gs. Vig. cum R. Or. V. 6. 8. Din. et Lyc. V. 9. p. 488. m. Dem. Diod. S. Luc. et Suid. cum Thuc. 7, 74. i., qui locus et ipſe pro lect. vulg. valeat, ſed ad adv. εὐτ. cf. Ind. Ael. V. h. et Heyn. Epict. Sed Sb. Ind. ex alio Noſtri loco „ὡς ἔνι μάλιςα, i. ἐνῆν" notionem praeſ. pro impf. recte innuens, non item forte copulans cum formula hac adv. μ., quod aeque ad ſq. ſuperlat. εὐτ. retuleris, ut cum eo vidimus alibi, quo ſine ubi eſt, poteſt etiam ad alterum trahi v., quod cum ὡς ἔ. adeſt; quanquam in hoc diſcrepant Editores et Intpp., breviores interdum cum Bg., pro *quam liceret*, maxime *tenuiſſime*, pro quo deinde ſyn. *poſſet* poſueris, ap. G. Th. cum *quam* et *quantum* modo repertum cum uno adv., v. g. *maxime*, aut alio, non cum dupl. ſimul,

λευσε [e], τήν τε εἰς τὴν Ῥώμην ἔξοδον ἐπήγγειλε, νομάς τε αὐτοῖς διδοὺς καὶ ἐφόδια [f], τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο. συντόνῳ δὲ 2.

mam versus iter edicit donaque ipſis diſtribuens ac viatica, iter capeſſit: con- citata autem feſtinatio-

e) Ms. Ba. colon, ut Ox., at punctum in A. al., quae diſtinctiones ſunt et mox poſt ἐπ., ut nominatim in Stp. colon, quo forte reſpicit et Ms. Bg.
f) Ms. Ba. ἐφόδια τῆς ὁδοιπορίας, εἴχετο. σ., per diſtinctionem pravam, ut mox poſt εἴχ. in Ox. et Ed. colon cum Ms. Bg.

quanquam per ſe μάλιστα et Lat. *maxime* cum ſuperlat. procedit, cf. 2, 9, 18., et in Gr. formulam ὡς ἐν. Heſ. 2, 1597. e., non coll. Suid. 3, 458. m. 2, 769. m. it. ad Ael. V. h. 1, 32. m. N. 10. Ind. Xen. M. S. v. ἐν. it. Luc. cum 3, 90. N. 72. et 1, 190. l. 5. Dion. H. S. T. 1. v. ἔνι et ἐνῆν, ſed, ſine alio adv. ſimul, Abr. Dl. Th. p. 645. e. ſq., ubi et cum comparativo, tum Zoſ. 4, 52, 2. cum poſitivo ὡς ἐ. μ. δεόντως αὐτὰς διετίθεσαν, quam *maxime* fieri *poſſet*, ſed ſine Ind. Dem. ſine μ. ſyn. ὅπως ἔνι 101, 14. 137, 10., cf. ſupra 1, 7, 4. e. ad ὡς οἷόστε λ., haud dubie amplexo Bg. novum Gr. Fabr., quod et ap. G. Th. in Bg. Lat., ut per ſe facile lapſus incidere potuit in τε et στα litteris, et P. libere iterum agere; quanquam et aliquid in Fabri rem colligetur forte e ſq., ubi ſeparatim ἐφόδια ponuntur, quae iam inſunt in vulg. lect. εὐτελ.

τήν τε) Variatur cum 1, 6, 23., ſed cum 2, 10, 13. e., praeter novum ſubſt., in artic. cum ſubſt. expreſſo, ubi Bg. ſimiliter, quoad praep., ſervans hic rel. e P., etiam Stp. Th. 2, 1168. B. in ἐξ. it. Dreſ. de V. med. p. 272. i. Mox ſeverior Bg. per omnia, quam P., e quo tantum ſervat Lat. in δ., ap. G. Th. ſaltem cum compoſ. διαδίδωμι, ſed in νομ. Stp. Th. tenet nec Bg. Lat., nec formulam Noſtri, nec mihi alibi repertam, ſed ſubſt. νομ. pro paſtu etc., praeter L. N. T., in Ind. Xen. Bach. Ἀνβ. Cyr. Aeſch. ep. S. Ael. V. h. et Fa. Aeſ., pro depaſtione Polb. cum Suid., tum ſenſu medico ap. Foeſ., denique pro partitione, vel abſolute, praeter Heſ., non coll. *Suid.*, etiam in Ind. Dem. et Luc., vel cum gen. aliquo ib., at *R. Or. V.* 4. cum χρημάτων nominatim, quem diſerte infra ap. Noſtr. additum, hic ſuppleam, quo et ſimul ſpectat Stp. Th. 4, 1510. E. extr. „dicit idem et ſimpliciter νομὰς, ſine gen. χρημ. pro eodem“ ubi peculiari ratione Noſter ponit antecedens pro conſeq., et id, quod in diſtributione ineſt, reſpiciens Lat. formulam *dona* alicui *dare*, v. G. Th., ibidemque *donativum* militi *donare*, de pecunia ut h. l. etiam ob adiunctum ἐφ. capiat, variando cum 1, 5, 2. χρημ. δωρεαῖς et ἐπιδόσει.

τῆς ὁδ. εἰχ.) P. deſerit etiam Sch. „ὁ. itineri *incumbebat*, ἔχεσθαι ὁδοῦ, *intentum* eſſe *itineri*, ſ. *continuare* iter“ hoc e §. ſq. e., ubi variat Noſter per ſyn. ſubſt., comparante haec loca etiam Sb. Ind., ſed ſine Vs., quae hinc datur ad Vig. ab Hoog. p. 249. b. m. „ſumma feſtinatione *itineri* ſe *accingit*“ aliis forte melius ſine notione hac ſecundaria ſumentibus nobiſcum v. ἔχ. med. tropico ſenſu, ut noſtratium *ſich an* etwas *halten*, et pro Lat. Sch. aliove ſimili, tacentibus lib. de V. med., v., praeter L. N. T. it. Obſ. Krb. Loesn. Kypk., quoque Foeſ. p. 157. a. e. et Heſ. 1, 1476. i. 1560. e. Suid. 1, 930. e., ad Luc. 3, 469. N. 30. Hemſt. ad Ar. Plut. p. 472. Plat. Men. Gottl. p. 41. N. 81. cum Ind., Bergl. ad Alc. 1, 1. p. 6. e. Palm. Ex. p. 746. Ind. Xen. Ἀνβ. Hell. Bach. cum N. Cyr. et Z. Pol. cum

σπουδῇ καὶ γενναίοις πόνοις τὴν ὁδὸν ἐπετάχυνε[g], μήτε που ἐπιδιατρίβων, μήτε διδοὺς καιρὸν

ne et ingentibus laboribus iter accelerabat, neque uſquam commorans, neque con-

g) *Ms. Ba.* ἐπετάχυνεν· οὔτέ που ἐνδιατρίβων λ., quae extr. novitas etiam eſt in *Mss.* rel., v. N., ut in accentu cum Stp. μήτέ που conſpirant al. ed.

N., Thuc. cum Abr. Dl. Herdt. Dem. Iſ. Pan. M. Ael. V. h. Dion. H. S. T. utr, Diod. S. Polb. Luc. Plut. Hſ. Harl. Chr. Gr., et, quoad ellipſin praep. ἐκ, rel., L. Boſ. p. 490. e. D'Orv. Ch. p. 195. e. et Ind. Fi. Aeſch., tum Zoſ. 1, 40, 2. ὁδοιπ. εἴχετο, iter *perſequens*, ſine artic. tantum, 1, 4, 3. εἰχ. τῆς — ὁδοῦ, itinere *contendit*, 1, 54, 5. *contendit*, quae una reperi, ſed e Noſtro ducta et ipſa fortaſſe, qui ad analog. ſcripſerit aliorum in ἐχ. med. cum gen. rei, nec Stp. Th. tenente, niſi e Noſtro 1, 1322. i. ſine numeris et Vs. „ἐχ. τῆς ὁδοῦ et τῆς ὁδοιπ. quod quidem interp. *capeſſere* viam, (quo Lat. et redduntur loca Hom. Ind. a Cl., ſed 2, 1163. D. m. hinc ſine numeris,) τ. ὁ. εἰχ., pro quo aliquando dicit τ. ὁδοῦ εἰχ., *intendebat* ſuſceptum *iter*" ignorante G. Th. formulam Bg. e Stp. m.

ἐπεταχ.) Ms. additum ν ἐφ., ſed mutata ſimul neg., a Gloſſatoris ingenio eſt, cum ſemel per errorem poſitum ν nollet iterum tollere, aut alius, ν ἐφ. reperiens, ſequente μ. conſonante, non id rectum putaret; liberius iterum agente P., quem Sch. deferit in „σπ. iter *maturabat* ſtudio *concitato*, ὁδ. iter *accelerabat*, ἐπ. *accelerabat*, urgebat, *iter*" quae poſtr. ſunt et ap. Stp. Th. hinc in v., ſed per eandem rectionem et cum acc. modo e Plut., cf. tamen cum ſimili τὸν δρόμον Abr. Dl. Th. et cum al. Ind. Dion. H. S. T. 2., ut T. 1. abſolute, ſed cum gen. τῆς ὁδοῦ Thuc. Schol. cum Abr. l. l., pendente utr. caſu a praep., aut minus, ut redundet praep., ut in ſevero Bg. Lat., (ap. G. Th. cum Gr. al., ſed eadem cum formula) partim e Stp. m., qui ib. in σπ. ad ſenſum, ſed in Th. hinc „acri *diligentia*, ſ. *contenta* feſtinatione" cf. Bud. C. 904, 18. Poll. 3, 120. *intentus*, (ubi G. Th. ſyn. ἔντονος,) 4, 78. *continuus*, Heſ. σύντονον, σφοδρὸν, — συνεχὲς, cum N., Suid. 3, 365. e., nec mihi reperto adi. cum ſubſt. σπ., ſed cum al., v. Dion. H. S. T. 1. Polb. cum Z. ad Vig., Diod. S. 1, 429. N. 86. et 2, 183. N. 1. Ern. ad Call. T. 1. p. 337. m. Toup. ad Suid. 1, 138. i. Phil. in Fl. p. 760. D. coll. 750. F. i. Zoſ. 4, 35, 12., ut abſolute Ind. Xen. Pol. Z. Ael. V. h. Abr. L. Ar. et in rem criticam Foeſ. p. 361. a. m. ad Heſ. 1, 1422. N. 16. ad Suid. 3, 587. N. 3. et Kuſt. ad Schol. Ariſt. Pl. v. 257. it. Valck. ad Eur. Hipp. v. 1361., variante Noſtro cum 1, 7, 3., μετὰ νεανικῆς σπ. per ſyn. abl. et adi.

μήτε π. ἐπιδιατρ.) Cod. ἐνδιατρ. *Stroth.* e gloſſa mera in compoſ. alio iterum, et per contrariam praep.; ac 2, 5, 8. e., idque vel ex aliis Noſtri locis, vel ſubſtituto v. magis frequenti et vulgari, cum ἐνδ., praeter Stp. Th. et Poſſ. Call., it. Heſ., non coll. Suid., Miſc. O. A. Nov. T. 6. p. 506., ſit phyſice in Ind. Thuc. cum Abr. Dl. R. Or. V. 4. et Dem. Xen. Cyr. Diod. S. Dion. Caſ. Geop. Luc. una cum 2, 8. N. 47. et 3, 191. N. 36., tropice Polb., at ἐπιδ. in Sb. Ind. hinc modo, *immorans*, ſed ap. Stp. Th. „i. q. ἐνδ., immoror, tempus tero in; aliis interquieſco. Herodot. μήτέ που ἐπιδιατρίβω, nec uſlibi tempus terens, ſ. moram trahens et interquieſcens" ut Lex. Baſ. „interquieſco, tero tempus,

ἀναπαύλης, εἰ μὴ τοσοῦτον, cedens ſpatium requieſcendi,
ὅσον [h] ὀλίγον τοὺς ϛρατιώτας niſi quo milites paululum re-
ἀναπνεύσαντας ἔχεσθαι τῆς ſpirantes, itineri mox inſta-

h) Ms. Ba. ὅσον τοὺς ϛρ. ὀλίγον ἀναπν. λ. v. N.

Herodot. μήτε που ἐπιδ.“ qui locus non eſt in Ind. Herodt., ſed potius hinc, confuſo iterum nomine proprio, utque illa altera notio *inter-quieſcendi* ab h. l. aliena ſit ob ſq. adiunctum, orta illa fortaſſis e P. contracta hic oratione, nec repetita in L. Ern. „tempus tero, moram traho in aliqua re“ aut aliquo loco; ubi reſpicitur ellipſis ſubſt. τὸν χρόνον, cf. 1, 11, 15. e. ad ſimpl. δ., quocum Noſter per comp. variet, uſus peculiari verbo, niſi aliis, praeter me, aliunde producatur, ſed quod habeat locum tum ab analogia aliorum, ſimiliter conflatorum e dupl. pr. ἐπὶ et διὰ, tum vero et hinc, quod v. c. ap. Dem. reperias διατρίβειν ἐπί τινι, e qua formula per ſe praep. poteſt cum v. copulari ipſo, ubi Bg. Lat., it. Stp. ap. G. Th. modo cum Grr. affinibus διατρ. et συνδ., et Sch. „tempus terens, *commorans* aliquantiſper alicubi, (in adv.) μ. π. neque *alicubi*“ ignorante Stp. Th. Lat. Bg. in adv.

μήτε διδ.) Paulo ante μηδ. διδ. καιρ. ἀναβολῆς, 3, 2, 1. μηδὲν ῥαθυμίᾳ, μηδ᾽ ἀναπαύλῃ νέμων, Liv. 25, 40. *Leisn.*

Quem Liv. locum iam adhibui ad §. 1. i., hic comparans potius Lat. viciniora ap. G. Th. in ſubſt. *tempora* — *quieti* dare *parva*, ſed in Bg. ſub notione pro *tempore* 507, 8. 35. quantum *in hac* acie *quotidiani* muneris *ſpatii* nobis *datur*, ſed nil in v. Bg., nec illud, *longa* quieſcendi *tempora* fata *dabunt*, quo ſyn. gen. particip. ne opus quidem erat Bg., cum et §. 1. caſum dat. praeoptaſſet, ut Sch. „κ. pati requieſcere, ἀ. *reſpirationis* tempus *concedens*“ quo in ſubſt. Stp. Th. tenet formulam modo ex alio Noſtri loco, cf. Ind. Thuc. et N. ad Thom. M. p. 58. it. Liban. ep. p. 32. e.

ὅσον ὀλ.) Ms. alius ordo iterum e gloſſa eſt, ut adi. ὀλ. monſtretur pertinere ad v., et pro adv. poſitum eſſe, per ellipſin praep. κατὰ, ſ. πρὸς, ſ. ἐπὶ, ut Sch. „neutr. adv. *paulum*“ et Bg. diſerte eodem ordine e Stp. m., ad perſpicuitatem modo, cum Noſter ſaepe ordinem turbet ipſe et adv. divellat a ſuis v., quod malim hic, quam exquiſitum illud, ut ὀλ. adi. poſt pron. ὅσ. ſtet, proprie praeponendum ad pr. membrum et ſubſt., pro καιρὸν ὀλίγον τοσοῦτον, quanquam vel ſic ὅσον erit cum inf., ſive per enallagen temporum, ſive per ellipſin v. ſubſt., h. l. impf. ἦν, idque pro ἐξῆν, *licebat*, cf. L. Boſ. Ell. p. 336. e. 420. e. Hoog. Op. p. 1277. Nr. 7., ad Luc. 1, 739. N. 2. Rs. Or. V. 4. p. 1021. e. Stp. Th. aliunde, Poſſ. Call. p. 694. i. Ind. Xen. Pol. et Cyr. Z. cum Ael. V. h. et N. ad 13, 2. i., ubi et ante ὅσ. expletur κατὰ recte, cf. Thuc. 199, 1., variante Noſtro cum 1, 6, 1. e. pro ὅσ. cum finito temp., ſed Bg., e m. Stp., qui, omiſſo τοσ. pron., contrahit in pron. relat. ſolum, cum et alibi ὅσος per ὃς reddat, in ſq. libere addens e m. Stp. eodem adv. temporis ad ἐχ. τ. ὁδ., ad quae Leisn. in m. Ms. Bg. „ἐ. τ. ὁ. *feſtinare*, Vig. p. 199.“ quo de §. pr., ut Sch. in „ἀν. *eos*, qui *reſpirarunt* a nimia itineris contentione“ partim e P., qui ſupplementis iſtis ſenſum v. Gr. exprimebat, ſed et forte ellipſin ſubſt. e pr. τῆς ὁδοῦ, it. τῶν πόνων, quales gen. et alibi diſerte adduntur, cf. Stp. Th. aliunde, qui aliis Lat. for-

ὁδοῦ. ἐκοινώνει δὲ τῶν καμάτων αὐτοῖς, σκηνῇ τε χρώμενος εὐτελεῖ, καὶ σιτία καὶ ποτὰ προσφερόμενος, ὅσα καὶ πᾶσιν ὑπάρχειν ἠπίςατο [i], οὐδαμοῦ δὲ τρυφὴν ἐνεδείκνυτο βασιλικήν. ὅθεν καὶ μείζονα παρὰ τῶν συ-

3. rent. Communiter autem
cum ipſis laborabat, taberna-
culo utens vili, cibumque ac
potum capiens, quem etiam
omnibus in promtu eſſe ſciebat.
nusquam vero luxum oſtenta-
4. bat imperatorium. unde et

i) Hoc comma in B. 1., pro al. puncto, it. colo Stp. rel., unde res Bg. iterum.

mulis tropum v. reſolvit, cf. 2, 1, 8., hic pro vires corporis recipere, ſed ut particip. reſolvatur potius per copulam, quam per Sch. pron., *niſi* tantum, *quo*, ſ. *quoad* milites *paululum* reſpirarent *et* deinde *iterum* perſequerentur *iter*, ſ. per particulam, *niſi* tantum, *quoad* milites, *ubi* ſ. *poſtquam* reſpiraſſent, *iter perſequerentur.*

ἐκοινώνει) P. deſerto, formulam Gr. tractat Bg. hic, ut v. cum gen. rei mutet in adv. cum notione verbi, et in aliud v. e notione ſubſt., denique dat. perſ. adiuvet per praep. σὺν, ignorante hanc rationem Stp. Th., ut tamen et hic licuerit ſeverum, *participabat* autem *labores* cum *ipſis*, pro quo mox variatur §. ſq. per v. privum συμπ., hic ut commodius ſit noſtratibus, *partiebatur* autem *labores* cum *ipſis*; etiam hic ſcribente Noſtro tantum ad analog. in v. rectione, dans verbo vulgato gen. hunc rei de ſuo, ut mox v. χρ. iungens ſubſt. ſuum, etiam huic ſuum adi., ut v. προσφ. affinia ſaltem ſubſt., cf. Stp. Th. 4, 117. C. m. aliunde Ind. Ael. V. h., nominatim σῖτον R. Or. V. 4. Xen. Cyr. Z. et de V. med. Kuſt. p. 24. m. Caſ. ad Athen. 2, 622., cf. et Foeſ. cum Xen. M. S., ubi Bg. cum P. numerum deſerit et vim v. med., ut Stp. Th. in ſubſt. „ap. Plut. σιτία προσάγεσθαι, pro eo, quod Xen. σῖτα προσφέρεσθαι, capere ſ. ſumere cibum. — σ. dicuntur etiam, quae militibus in cibum dantur, annona, commeatus" aliunde, negans antea, σ. ſing. numero uſurpatum ſe reperiſſe, qui eſt ap. G. Th. in Bg. Lat. et in Ind. Luc., ut copulata noſtra ap. Sb. aliunde, cf. Fi. Aeſch. et Herdt., ubi et illa formula Bg. σῖτα αἱρεῖσθαι, Dem. et Ael. V. h. In rel. ap. Sch. „ἠπ. noverat, ὑπ. habere *omnes*" deſerto P. etiam, ubi Bg. formula (par privis v. *eſſe* et *adeſſe*, quae et ſufficiebant,) non eſt ap. Stp. Th., nec explicata ap. G. Th. iſtis noſtris, aut formula hac, *ad* manus *eſſe*, et h. l. in tentorio ſ. pera; in adi. πάσ. liberiore P., qui hic ſunt milites tantum, ſed Bg. ſeverius, quam 1, 2, 5., καὶ ſervante poſt ὅσ. e P., qui liberius ſupplerat pron. demonſtr. ταῦτα ſ. ταυτὰ, et mox, δὲ oppreſſo, finitum v. tempus mutarat in particip., unde Bg. modo retinuit Lat. in v. ἐνεδ. cum Sch., qui et iſtius ſubſt. duo pro uno repetit in „τρ. *luxuriam* ſ. *delicias* imperii *oſtentare*" non bene gen. ſubſt. ſyn. hic adhibito pro adi. β., cf. 2, 4, 18. e., Mss. hic nihil novantibus, cf. 2, 10, 19. e., ſed nobis poſt ἠπίς. comma potius deligentibus, quia arctius ſq. membrum cohaeret, et modo continet oppoſitum pr. σιτ. κ. ποτ. it. σκην., atque adeo τρυφὴν, hoc eſt, victum et ſupellectilem cum tentorio delicatiorem et meliorem, propriumque imperatori.

στρατιωτῶν [k] εὔνοιαν ἐπιστώσατο [l]. οὐ γὰρ μόνον αὐτὸν συμ- maioris militum benevolentiae certus erat. non enim ſolum

k) Ms. Schotti τῶν στρατιωτῶν, itemque Pol. *Sylb.* v. N. l) In *Ms. Ve.* ἐκτήσατο, ſed in marg. γράφε: ἐπιστώσατο. *Zan.* v. N.

τῶν συστρατ.) Cod. Schotti στρατιωτῶν, quod non multum attinet notaſſe, cum accommodatius ſit, quod in noſtro legitur, et paulo blandius ſonet, ut illud Caeſaris *commilitones. Oxon.* Schotti Cod. στρατ.; quod minus placet. *Stroth.*

Simplex illud pro compoſ. in Schott. Ms., etiam in P. cum Bg. comparens, gloſſa fuerit e comparatione aliorum locorum, maxime cum ſq. membro, ubi Noſter variat, cf. 4, 14, 8., ubi P. contra *commilito* pro textus στρ., quo ſimpl. utitur et Thuc. pro compoſ., v. c. 2, 89. i. et 7, 61. i., potuitque offendi librarius in comp., quaſi non ita bono, cf. tamen 1, 5, 8.

ἐπιστωσ.) Ven. ἐκτήσατο, quae eſt librarii interpretatio, neque tamen recta. τὸ κτήσασθαι enim iam praeceſſerat, nunc vero de confirmanda militum fide ac benevolentia erga ſe, ſermo eſt. Et in marg. Veneti notatum eſt ἐπιστώσατο. Obvenit autem hoc verbum h. l. ſignificatu raro alias obvio. Alias enim *facere*, aut *rem quandam credibilem reddere* ſignificat. Sic, ut reliqua taceam, bis iungitur ab Herodiano εὐνοίας voci, l. 4. c. 11. (§. 1.) δώροις καὶ ὅρκοις τὴν εὔνοιαν πιστούμενου; *donis* regi Parthorum ſuam erga ipſum *benevolentiam* credibilem *reddit*, ſ. *fidem ei facit*, et in hoc ipſo libro c. 9. (§. 18.) ubi v. N.) de eodem Severo dicitur, πιστώσασθαι εὔνοιαν ἱκανώτατος, fidem facere *ſuae* erga *alios* benevolentiae *aptiſſimus*. Oppianus hoc verbo pro πιστεύειν uti videtur Κυνηγ. 3, 355. τίς ἂν τάδε πιστώσαιτο; quis *enim* haec *crediderit*? ſcilicet, Favonium eſſe parentem Tigridis, quod H. Stp. in Th. vertendum putat, *quis* enim *haec* affirmare *auſit*? qui contra in altero loco Κυν. 3, 417. idem v. pro *certo ſcire*, aut *compertum habere* accipit, ubi Ichneumon dr. Crocodilum obſervare, εἰσόκε τοὶ βαθὺν ὕπνον ἐπὶ φρεσὶ πιστώσηται. Et quanquam fatendum eſt, utramque ſignificationem ſuo quamque loco bene convenire huic verbo: tamen magis placet illa, quae una in utroque loco convenit, quam et Schneiderus V. Cl. in verſione ſua ſervavit. Unde corrigendus eſt Stp. Eſt etiam aliquando *fidem* mutuo *dare*, ut in illo Hom. Il. 6, 233. χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πιστώσαντο, ubi Schol. πίστεις ἐποιήσαντο ἀλλήλοις. Poſitum autem videtur in noſtro loco pro βεβαιοῦν, *firmare*, *firmum reddere ſibi*, aut πιστὸν ποιεῖν, ita, ut apte conveniat vernaculum illud, *wodurch er ſich ihrer* Zuneigung *noch* mehr *verſicherte*. Pertinere huc quoque videtur locus a Suida allatus, τὸν δὲ ὁ Σωσίβιος διὰ πλειόνων λόγων πιστωσάμενος, καὶ παρασκευάσας εὔνουν ἑαυτῷ. Et ita quoque Herodiano ſcribendum fuiſſet, qui duorum verborum ſignificatus per unicum expreſſit, concreto εὔνους in abſtractum εὔνοια mutato; ut ſit *benevolentiam militum* ſibi *magis* fidam *reddere*, poſitum pro *milites* ſibi *magis* benevolos *ac* fidos *reddere*. Denique μείζονα pro μᾶλλον poſitum eſt ut l. 1. c. 10. (§. 8.) πάσης ἐλπίδος μεῖζον ἦν προχωρήσαντα. *Stroth.*

Dabimus primo, quae olim ad h. l. ſcripta fuerunt a nobis, Strothianis non diſſimilia. „Eſt haec mera gloſſa multo difficilioris vulgati, ducta illa, ut videtur, e 6, 8, 5. εὔνοιαν πολλὴν παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐκτή-

πονοῦντα, ἀλλὰ καὶ τῶν καμάτων ἄρχοντα οἱ στρατιῶται αἰδούμενοι, μετὰ προθυμίας πάν-

ipſum una laborantem, ſed et labores inchoantem milites reveriti, alacriter omnia facie-

σατο, cf. hoc noſtro cap. §. 13. e. ὡς ἂν κτήσαιτο τὴν εὔνοιαν αὐτῶν, cui verbo reſpondent ad ſenſum alia, et ipſa ap. Noſtrum uſitata, ut τὴν εὔνοιαν οἰκειοῦσθαι, etc. Sed h. l. lectio vulg. tenenda eſt, non modo, quod eadem eſt 2, 9, 18. m. et 4, 11, 1. m., verum etiam propterea, quia πιστοῦσθαι τὴν εὐν. non videtur ſimpliciter eſſe i. q. κτᾶσθαι τὴν εὐν., ſed βεβαιοῦν τὴν εὐν., quod et ipſum habetur 1, 6, 19., ſ. in med. βεβαιοῦσθαι τὴν εὐν., cf. ex Heſy. ad 2, 9, 18. Et hoc ſenſu etiam accepit Bg., multo ille hic diligentior, quam P. Si quis autem iſtud verbum vulg. cum Ms. Gloſſatore capere malit propter adiectum μείζονα, qui comparativus convenire magis videatur cum verbis *parare*, conciliare *ſibi*, etc.: cum eo non pugnem; quanquam a noſtris partibus ſtet cum uſus illius v. πισ., et, quod ſciam, perpetua *firmandi* et *confirmandi* ſignificatio, tum illud etiam, quod comparativi ſaepe amittunt ſuam vim propriam, et ponuntur pro poſitivis, v. Rsk. ad Anth. Gr. p. 213. m. et ad Aeſch. Or. V. 3. p. 459. e. it. Fi. The. Ind. v. καινὸς m., quam obſervationem Bremerus in ſuo Ind. omiſit, forte, quod ſciret dubiam illam ap. quosdam, v. Abr. Dl. Th. p. 280. i. ad c. 9. it. Koen. ad Greg. p. 46. N. 79.“ Quibus nunc quidem addimus, primo ad Oppian. locum, videri et ibi valere propriam vim v. π., pro *quis haecce firmet*, demonſtret, perſuadeat *aliis?* tum ad noſtrum locum, nihil ferre Sch., quam in v. π. P. Lat. et in μειζ. ſolum *benevolentiam*, quo de pro poſitivo cf. 1, 10, 7., ad cuius §. ſq. ſumſimus ſane etiam μεῖζον pro adv., etiam μείζω, cuius non contractam formam hic μείζονα Strothus ſimiliter explicabat, ſed ut forte adiectivo manere poſſit vis e notione Bg. in v. πισ., quae non eſt quidem reperienda ap. Bud. C. et Stp. Th., nec in L. Ern., ſed nec abhorrens a v. principe notione, ad quam facile revoces ſic, *ſibi* fidem *fecit*, ſpectante huc Sb. Ind. tantum in ἐπισ. „μεγίστην παρὰ τ. στρ. εὐν. ſic 505, 16. „comparato ita 2, 9, 18., et compar. μειζ. pro ſuperlat. accepto, quod et ipſum praeſidium interpretandi (alibi ſolenne, v. Fi. ad Well. p. 302. e. it. ad Plat. Phaedo. p. 59. N. 3. Abr. Dl. Th. p. 514. e. et Lect. Ar. p. 284., ad Vig. p. 66. N. 84. et Ind. Xen. Cyr. Z. Lat. v. *comparat.*) tamen h. l. vim v. πισ. propriam deſeret, cum *maximam* benevolentiam *ſibi firmare* ſit potius hoc, ut quis benevolentiam maximam, quam habet iam ap. aliquem, ſtabiliat ac roboret, qua de *maxima* benevolentia tamen in prioribus nondum dictum erat, quae demum parabatur communione laborum et rerum vilium; quae et cadunt in ſententiam illam, ſi quis μειζ. per poſitivum explicet, ut ſit *magnam* benevolentiam *ſibi firmare*, quae et ipſa iam adeſſe debet, ſi ſit confirmanda; quae *magna* benevolentia tamen e prioribus non eſt ita dubia, ut *maxima*; ut, praeter Bg. expoſitionem, magis inclinem in enallagen illam comparativi pro poſitivo, quam in Sb. partes.

συμπονοῦντα) Libertatem P. variam deſerente Bg., Noſter opprimit pron. αὐτοῖς ſ. αὑτοῖς ad v. συμπ., quod ap. Stp. Th. cum Lat. Bg. ſine auctore, cf. Poll. 5, 85. *collaborare*, ap. G. Th. ſine Gr. et bona auctoritate, Ind. Dem. Xen. Cyr. Z. et Luc. cum Suid. 2, 650. i., nihil ferentibus Stp. et G. Th. ad τῶν κ. ἀρχ., ubi Noſter ad analog. ſaltem ſcripſe-

τα ἔπραττον. ὁ δὲ, τὴν Παιο- 5. bant. Is autem quum Pan-
νίαν διαδραμὼν, ἐπέστη τοῖς τῆς noniam permeaſſet, adſtitit in
Ἰταλίας ὅροις[m], καὶ, τὴν φήμην Italiae finibus: ac famam prae-

m) Comma hoc in B. 1. cum Pat., pro puncto al. vel colo Stp. rel. cum Ms. Bg.

rit, it. in ſq. formula μ. πρ. ἔπρ., ubi Bg. de more, cum licuiſſet ſevere *cum alacritate*, quia et contrarium *ſine alacritate* ap. G. Th., ut Noſter in neutro π., cum referatur ad pr. maſc. τῶν καμ., et ad labores omnes militares tantum ſit revocandum, ſyneſin admittit quandam.

μετὰ πρ.) Eo ſcilicet eventu effectuque imperatoriae virtutis, quem Leo demonſtrat in Tacticis 20, 111. νήφειν ὀφείλεις καὶ λίαν ὑπάρχειν ἐγρήγορος, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων στρατιωτῶν, καὶ πολεμικῶν μετέχειν πόνων, ὦ στρατηγὲ, ὀλίγου δὲ τοῦ κέρδους. οὕτως γὰρ καὶ τὴν παρὰ πάντων εὔνοιαν μετὰ δόξης κτήσῃ, καὶ φιλούμενος ὑπ' αὐτῶν συναγωνιζομένους σοὶ προθύμως (Noſtri μετὰ προθυμίας) ἐν τοῖς κινδύνοις ἕξοις, *ſobrius eſto, imperator, et vigilans, multumque laboris tolerantior, quam caeteri milites, lucroque minime deditus. Nam ita ap. omnes benevolentiam tibi pariter et gloriam comparabis, fietque, ut promtiſſimos habeas ad pericula, qui te diligunt.* ὃν τινα γὰρ ἄνθρωποι φιλοῦσιν αὐτομάτῳ διανοίας ἐμπτώσει, τούτῳ ταχὺ μὲν ἐπιτάττοντι πείθονται, λέγοντι δὲ οὐκ ἀπιστοῦσι, κινδυνεύοντι δὲ συναγωνίζονται, *quem enim homines ſpontanea animi propenſione diligunt, illi, ſi quid imperet, ſtatim obediunt, ſi quid dicat, credunt, et, ſi quid periclitetur, propugnatores adſunt*, ſicut Onoſandri verba habent in ſtrat. c. 1. *Boecl.*

διαδραμὼν) Variante Noſtro cum 1, 7, 3. per adiunctum, ſeverius hic, etiam, quam P., reddit Bg., cuius Lat. ignorat Stp. Th., et Gs, habet cum affinibus Grr. „διαβαδίζω, διαπορεύομαι, tranſire“ in ſq. ἐπ. P. deferente etiam Sch. „*venit* ad *fines* Italiae, *attigit* eos“ nec hic Stp. Th. tenente Lat. Bg., quod (ap. G. Th. cum affini ſaltem παρίσταμαι in v. *aſtare* et *aſſiſtere*) prodit, eum cepiſſe v. ſine ſecundaria notione, nec pro *ſubito* aut *improviſo* adeſſe, quae ſunt demum in ſqq., ubi partim e P., dum Sch., in adv. ἐκ. ſine Vs. reſpiciens ad 2, 9, 15., (quocum variatur, omiſſo ſubſt. ἀνθρώποις, latente hic in pr. nomine terrae τῆς Ἰταλ., ut intelligantur Itali,) reddit in „ὤφ. *conſpectus eſt* coram *illis*, τοῖς — *eius* loci *incolis*, ἠκ. *auditus eſt*, (tamen errat in) παρὼν — προτ. praeveniens“ cum hoc adv. cohaereat potius cum v. ὤφ., e P. omittente Bg. non quidem ſubſt. βαρ., ſed formulam τοῖς ἐκ. (olim reſtituendam per *illic hominibus*,) et per alium ordinem ponente illud παρ., quod cum v. ὤφ. ignorant Stp. Th. et Indd., habens forte aliquid abundantiae e Lat. illis ap. G. Th. 1245, 73. ſqq. *quia* tu *ipſus* coram *praeſens* praeſentem *vides*, et *coram* — *cernere*, cum proprie conſpiciantur oculis corporis non niſi praeſentes res ac perſ. Sed indulſit hic Noſter fortaſſis etiam compari, apponens παρ. ad ὤφ., ut reſponderet membro ſq., ubi Bg. ad ἠκ., ut in ſyn. πυθ. 2, 1, 14., cui verbo datum nominativum participii, poſt verbum ſenſuum, neſciunt Stp. Th. Poſſ. Sy. p. 200. e. et Indd., ubi modo paſſ. eſt ſimpliciter, v. Thuc. Luc. et Long. Mor. cum L. N. T. Fi., ſequente Noſtro forſan analogiam tantum, (ubi Bg. ſeverior, quam P. cf. 2, 9, 6. i.) ſed iterum abundantiam aliquam in formula τὴν φημ. φθ. cum ſq. explicatione, ap. Stp. Th. 4, 134. i. ſub Lat. Bg. e Noſtro ſine numeris re

φθάσας, πρότερον ὤφθη τοῖς ἐκεῖσε παρὼν βασιλεὺς, ἢ ἀφιξόμενος ἠκούσθη. δέος τε μέγα τὰς Ἰταλιώτιδας πόλεις κατελάμβανε, πυνθανομένας τοσαύ-

veniens, prius coram conſpectus eſt ut imperator, quam
6. adventurus intelligeretur, metusque magnus Italicas civitates invaſit, inaudientes tan-

perta, ſed p. 55. G. e. hinc cum Bg., nec aliunde, ut ipſe modo tenui ap. G. Th. in v. Bg. cum Gr. n. „Liv. *praevenerat* non *fama* ſolum —, *ſed* nuntius *etiam*" cum hic dicatur de perſ. et *aliquis* praevenire *famam*, i. prius venire aliquo, quam aliquid de eo nuncietur in locum quendam et ad homines aliquos, cf. 1, 9, 20. i. et ſimile quid ap. Stp. Th. 1, 15. A. e. „Xen. Hellen. 6. ὁ δὲ πρότερον ὀφθεὶς, ἢ ἀγγελθεὶς, ὅποι πορεύοιτο" quod, non mihi ib. repertum, Noſter imitatus fuerit cum variatione, cum Bg., fere e P., vertente v. ἀφιξ. etiam Gs. ad Luc. 1, 342. l. 66., non vero Stp. Th., cuius loca cum pr. εἰς potius ſuadeant notionem ſimpl.

διεδέξαντο) Mss. ſimpl. pro compoſ., ut alibi, et aliud, quam in eodem themate 1, 5, 14., neque eſt cum ſubſt. ἀρχ. ap. Noſtrum, neque ap. alios, ſed compoſ., ut ap. Noſtrum, ita cum eodem ſubſt aut ſyn. ap. alios etiam, cf. v. c. Ind. Ael. V. h. Diod. S., lib. de V. med. Fi. ed. p. 546. ſq. Krb. Obſ. p. 198. e. et Decr. Rom. p. 64. ſq. Kypk. 2, 39. cum Bud. C. 786, 26., reddente hic Bg. aliter, quam ſupra, nec per Lat. P., quod ſimpl. notionem *accipiendi* habeat, (quorſum et Gloſſator Mss. reſpexerit, quanquam et ob ſq. ſyllabam δε prior praep., ut alibi, exciderit,) ſed cum ſecundaria notione; quam exprimit per praep. cum ſubſt., ut alii, v. c. ad Diod. S. 1, 135. l. 35. παρὰ πατρὸς διαδεχόμενος τὴν ἀ. — ἐβασίλευσαν, *per* ſucceſſionem *paternum* imperium *adminiſtrarunt*, et alii per ſyn. abl., ut Kypk. l. l. „ſucceſſione *accipere* ſ. *ſuſcipere*, (ubi et alia ſyn. per particulam comparandi et ſubſt. concreti nominativum,) *ut* ſucceſſor *accepit*" tacente Stp. Th.

ὥσπερ τὶ λ.) Heſych. κειμήλια, τὰ ἀπόθετα χρήματα, *depoſita*, v. Suic. p. 81. *Leisn.* cf. dicta ad 1, 10, 11., reddente Bg. hic e P. omnia, pron.

„λίων, ἐπ᾽ ἀργυρίῳ κατηλλά-
„ξασθε. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὐτὸν, ὃν
„οὕτως ἄρχοντα^t εἵλεσθε, Φυ-

velut aliquod ex privatorum in-
13. *ſtrumento, pecunia vendi-*
diſtis. Sed nec illum ipſum, quem

t) In Ms. Ve. οὕτως deeſt. *Zan.* quod et Loc. ad Ms. Vi. notabat, ut Mart. e Ms. Ba. tantum ὃν εἵλεσθε ἄρχοντα λ., v. N.

τὶ quidem cum gen. per praep. aſſumtam, ſed adi. et ſubſt. per ſubſt. duo, ſecus ac Sch. in „κ. inſtrumentorum *privatorum*" Bg. Lat. ad κειμ. neſciente Stp. Th., quod h. l. pro ſimpl. ſupellectili et bono valere poteſt, ſed et notione vulgari, de pretioſo, (quam ſolam Stp. novit, at L. Ern. etiam „2) ſupellex quaevis") ſi reſpiciatur magnum illud pretium, quo venditum eſt a militibus imperium, cf. ad 2, 6, 11. et 14., ut ἰδ. nihil erit, quam ἴδιος, *velut aliquod* propriorum *bonorum*, cuius vos domini, cuius uſus in poteſtate veſtra, atque adeo pro ὑμετέρων h. l., exprobrante Severo militibus hoc ſimul, quod pro arbitrio egerint in imperii dignitate, tanquam cum re quadam ſua propriaque, cum eſſet totius populi, cf. 2, 8, 6. m., ſed ſervante Bg. e P. libere additum pron. ὑμεῖς ad v. κατ., cf. 2, 10, 9., non item aliud quid, ſervatum a Sch. „permutaſtis (e Sb. Ind.) ſ. *vend.* pecunia, *quaſi* ſectores, *imperium*, (non in verbo latens, ſed ex hiſtoria et facto petitum ipſo, cf. 2, 6, 13., ut contra ſimpliciter in) ἀργ. pecunia *vend.* ἐπ᾽ argento *vend.*" ſervato etiam ſyn. nudo abl. (quem P. neglexerat,) e Stp. m. cum Bg., cuius Lat. in adv. ἀτιμ. (ap. G. Th. ſine auctoritate proba) etiam aliunde habetur ap. Stp. Th. qui 1, 354. D. m. ſine alia Vs. „pro addico, vendoque et a me alieno Herodi. l. 2. ἐπ᾽ ἀ. κατ." e Bud. C. 834, 12., ubi breviter modo Noſtri locus ſic, καὶ τὴν Ῥωμ. ἀρχὴν, ὥσπερ τὶ ἰδιωτικῶν, ἐπ᾽ ἀ. κ., quorum neuter notionem formulamque noſtram aliunde firmat, uſurpatam variando cum χρημάτων ἀντικαταλλαξάμενον τὴν ἀρχ. 2, 6, 20. e., hic etiam per pretii dat. cum praep., et ad ſenſum cum 2, 6, 22. m. τὴν οὕτως ἀπρεπῶς ἐπὶ χρήμασι —πραθεῖσαν ἀρχ., (ubi et per variationem aliud ſyn. tum adv. pro αἰσχρ., tum ſubſt., pro ἀργ., mutato item numero,) et cum 2, 8, 8. m. οἱ τὴν ἀρχ. αὐτῷ χρημάτων ἀπέδοντο, praebentibus alio ſenſu act. et paſſ. Indd. Sb. Thuc. Ael. V. h. et Soph. Ai., it. Suic. Loesn. Obſ. et L. N. T. cum N. Schw., ſed med. ſenſu vicino Rs. Or. V. 8. Din. ſine Vs., (qui eſt locus Stp. Th. μηδὲ καταλλάξασθαι τὴν πρὸς τούτους χάριν τῶν νόμων, liberrime e Bud. C. partim converſus, pro *favorem erga* iſtos *cum* legibus *commutare*, i. contra leges fovere, iis favere contra leges,) ſed Dem. cum Vs. tantum Vernac. τὸ χρυσίον κατ. φανερῶς ἐπὶ ταῖς τραπέζαις, ubi eſt phyſice, ut pr. loco tropice, quem utr. ſenſum copularit Noſter, peculiari ratione ſcribens, dum ſermo eſt de pecunia quidem, ut re phyſica, ſed et de alia, imperii honore.

ὃν οὕτως εἱλ.) In Cod. perperam οὕτως deſideratur, ſed mox rectius ὡς ἀνάνδρ., in quo etiam ſcriptum eſt ἰδμν. quod minus placet. *Stroth.*

Primo particulam οὕτ., a Bg. verſam, ut alibi, liberius, ſed a P. propius, cum, quomodo exciderit, non appareat cauſa, fortaſſe a librario omiſſam dicas, ſenſum hic eius non capiente, cum tamen ſit bonus, referendo οὕτ. ad pr. ἐπ᾽ ἀργυρ., et mente explendo partem alteram, quae in tali particula comparandi ſaepe opprimitur, cf. 1, 1, 5. m., v. c. ὡς ἐποιήσατε, in rel. ſenſum liberius dante P., qui deſeritur a Sch. in

„λάξαι ἢ σῶσαι ἠδυνήθητε u, *hoc pacto imperatorem optaſtis,*
„ἀνάνδρως x δὲ προυδώκατε. *tutari aut ſervare potuiſtis, ve-*

u) Mss. Ba. et Ve, ἐδυν., v. N., ſed mendoſe εὐδυν. B. 2. et Par. 1., at ἐκδυν. Par. 2. x) Mss. tres ὡς ἀνανδρ., v. N. et Ms. Ba. προδώκ. ſic ſine leni ſpiritu nobiscum, ut et Stp. ſed cum leni προὐδ. A. al., cf. 1, 14, 15.

„ειλ. elegiſtis *principem*" per ſyn. Bg., quod non tenet Stp. Th., at formulam Gr. e Xen. Cyr. ſine Ind., ubi ἀρχ. alio contextu, ut Noſter modo ad analog. ſcripſerit, varians in ſq. φ. et σ. cum §. pr., ut ibi dictum, ſed et in verborum ordine ac tempore ſyn., aor. pro praeſ., it. in copula ἤ, pro καὶ, quod diſerte hic ap. P., unde Bg. tantum in v. σ., (cuius Lat. ad v. φ., aliunde notum Stp. Th. 4, 232. G. m., ap. G. Th. „diligenter defendere" immo et ſimpliciter,) et ad pron. αὐτ. aſſumit libere aliud demonſtr. Iam ad ἠδυν. lectio Mss. poteſt eſſe ex errore in litteris, ſed etiam e ſapientia librarii, putantis, hanc formam ſine augmento duplici Atticam eſſe, cum et altera aeque ſit, et haud dubie utraque viguerit, cf. vel Dem., manentibus nobis hic tantum in aor. 1., ἠδυνήθην 306, 17. 864, 5. ἠδυνήθης 981, 7. ἠδυνήθη 426, 12. 444, 2. 520, 4. ἠδυνήθημεν 282, 3. et, ut hic, ἠδυνήθητ' ἂν 357, 3., it. ἠδυνήθησαν 521, 14. 1391, 7., quo infra opus habebimus, ſed ἐδυνήθην 540, 17. ἐδυνήθη 522, 9. et ἐδυνήθησαν 113, ult. 815, 25., ut nihil tentandum ſit quovis loco, ſed relinquenda forma reperta, v. Duk. ad Thuc. p. 101. N. 12., quantumvis inter ſe diſſidentibus grammaticis, v. Thom. M. p. 258. N. 2. ſqq. Moer. p. 175. N. 2. Grammat. π. βαρβ. poſt Amm. Valck. p. 195. cum N. 19. Greg. de dial. Koen. p. 46. §. 49. Fi. ad Well. p. 180. Ienſ. L. Luc. p. 10. et Bud. C. 97, 8. ſqq. Tertia Mss. res in ὡς addito poterit et ipſa tribui ſapientiae Gloſſatoris, qui ſciverit, poni id cum advv. poſitivi gradus, ſicut ponitur etiam cum advv. comparativi et ſuperlat.; ut Lat. *quam* (cui reſpondere poteſt) cum adv. poſit. et ſuperlat., quo de ſupra; in Gr. quidem illo ὡς ſimiliter diſcrepantibus ſententiis, dum volunt alii, vim ei tunc eſſe nullam, alii autem intendendi et augendi, in primis cum adv. *poſitivi*, v. *Stp. Th.* 4, 805. *D.* ſqq. *Bud. C.* 1543, 10. ſqq. Dev. p. 368. m. Vig. p. 545. Nr. 9. cum N., Hoog. Op. p. 1182. Nr. 5. et 1215. Nr. 5. ſq. Koen. ad Greg. p. 31. N. 55., tum ad Luc. 1, 394. N. 98. et 797. N. 85. it. Bg. ad Alc. p. 126. e., cum Ind. Fi. Aeſch., ubi ὡς ἀνδρείως, affine illi Mss. hic, Z. Xen. Cyr. c. e. et Bach. it. Ael. V. h., ad quam rationem putet aliquis pertinere P. ſuperl. *homines* timidiſſimi *prodidiſtis*, quod i. q. valde timidi ſ. timide, ut habuerit Cod. ſimilem; niſi liberius ad gradum alium contendit iterum. Exquiſitiora vero Mss. obtrudere noſtros, ſubinde vidimus; ut nec hic novarim aliquid, cum illud ὡς etiam ſic ortum eſſe queat, ut olim fuerit in Noſtro ὃν ὧς ἀρχ. ειλ.. quod Gloſſator aliquis in marg. explicarit per οὕτως, unde deinde in textum receperit alius, ad quod οὕτως alius ſcripſerit ex Cod. ὡς in marg., quod alius porro in alienum locum, ante adv., tranſtulerit; unde et aliam repetas cauſam, cur in pr. abfuerit οὕτως vel ὧς, quia translatum in aliam regionem, aut nominatim οὕτως eiectum per inſcitiam. Certe non refugit Noſter in vicinia voces, aſperum habentes ſpiritum, cf. ὧν αἱ 1, 15, 11., et de ὧς proſaicorum etiam ſcriptorum, pro ſic, nemo dubitat, cf. vel Stp. Th. 4, 800. F. e. ſqq. Caeterum adv. ἀνανδρ. (ubi Sch. „timide, non fortiter") tenet Stp. Th. tantum ſemel

„ἐπὶ τηλικούτοις δὴ ἁμαρτήμα- 14. *rum ignaviter prodidiſtis.*

ex Iſocr. cum Lat. *ignave*, ſyn. Bg., h. l. prae ignavia, ſ. timore ac fuga moleſtiarum, cum Pertinacis (ad quem hac §. reſpicitur) ſeveritatem et moleſtiorem vitae rationem atque rectiorem, ob prioris temporis mollitiem et luxuriam, tolerare noluerint, cf. 2, 3, 22. 2, 4, 8. ſqq. 2, 5, 1. ſq. Rs. Or. V. 4. et 7. Ant. et Mor. Iſ. Pan. e p. 132. m., cui add. p. 110. e. cum Poll. Call. et Dion. H. S. T. 1., per analog. iuncto hoc adv. cum v. πϱ., (ubi Sch. „*prodidiſtis* eum *timide*“ recte expleto pron. αὐτὸν,) quod h. l. opponitur illis pr. φυλ. ἢ σ. et §. pr. σ. καὶ δοϱ., ad ſenſum quoque par iſti ἐφον. ib., ut G. Th. cum Gr. noſtro „*prodere* eſt contrarium verbi *ſervare*, (l. 68.) non ſervare ac tueri, (l. 100.) deſtituere in periculo“ et deſerere nec defendere contra vim et impetum ſociorum, atque adeo, dum non impedias, ſed permittas, ſimul occidere, cf. 2, 5, 14. e. Stp. Th. et Ind. Dem., cui add. 241, 25. 242, 6. 325, 11. 332, 3.

ἐπὶ τηλ.) E noſtra ratione iterum in δὴ P., unde Bg. cum Stp. Th. aliunde ſervat Lat. in τολμ., quo ſubſt. variatur pro particip. §. 11., cf. Poll. 6, 176. Ind. Luc. et Thuc., ſed ſine Ind. Dem. 521, 8. it. 248, p. ἀδικήματα — καὶ ἁμαϱτήματα, cum adiuncto, ut alio ap. Noſtr. per copiam, e tropo diverſo, cf. Ael. V. h. 11, 4. e. τῶν τολμημ. καὶ ἀσεβημάτων, P. deſerente Sch. in „μ. *digni* mort. *inf.*“ cum Bg. alio ordine, in quo adi. nihil Stp. Th. fert, quam Lat. Bg., et 2, 1277. C. ad „ἀπολούμενον, hominem centum ſ. mille mortibus dignum, ut Cic. dixit *millies mori*, et *millies* appetere *mortem*, et Dem. μυϱιάκις ἀπολωλέναι“ at 1, 1565. G. e. ad plur. ϑ., praeter Ariſt. Plut. v. 483. ἱκανοὺς νομίζεις δῆτα ϑανάτους εἴκοσι, ſine Vs., tantum e Plutarch. et Luc., ubi v. plura, ſed huc e 2, 591. l. 90. ἐγὼ δὲ ἄξιον κϱημνοῦ καὶ ϑανάτων ἄλλων εἰπὼν εἶναι τὸ λ., *ego praecipitio et* aliis *mort.* dignum *putans*, et 1, 98. i. τούτων οὖν ἁπάντων ἕνεκα, πόσων ϑανάτων τὸ ταῦ ἄξιον εἶναι νομίζετε; *propter iſta* (igitur) *omnia*, quot *mortibus* ipſum ταῦ *dignum eſſe cenſetis*? Dem. v. „ϑάνατοι, mortes violentae, ſed ſine cruore effuſo, — πολλῶν ἀξίους ϑ. λόγους ἐδημηγόϱει“ et per numeros tantum 521, 24. ſyn. noſtro loco, δείξω πολλῶν ϑ., οὐχ ἑνὸς ὄντα ἄξιον, quod notum Stp. Th. 1, 926. A. m., cui add. 381, 18. ἑτέϱων ϑ. ἄξια ποιῶν, tum, quo Stp. ſpectabat, τεϑνάναι μυϱιάκις κϱεῖττον, ἢ κολακείᾳ τὶ ποιῆσαι Φιλίππῳ 127, p. it. πῶς οὐ δεκάκις, μᾶλλον δὲ μυϱιάκις, ἐς' ἀπολωλέναι δίκαιος; 553, 8., quod Ind. ignorat in δεκ., ubi modo ex 99, 5. οὐδ', ἂν δεκ. ἀποϑάνῃ, οὐδὲν μᾶλλον ὑμεῖς γε κινήσεσϑε, ſic interpungendo poſt primam neg., ut ſit ἂν pro ἢν ſ. εἰ, cui add. τοῦτον οὐκ ἀπολωλέναι δεκ. πϱοσήκει; it. 438, 9. πῶς οὐ πολλάκις οὗτος ἄξιός ἐςιν ἀπολ., 615, 5. τϱὶς, οὐχ ἅπαξ, τεϑνᾶναι δίκαιος ὢν λ., 755, 10. ἀλλ' ἐπὶ τούτοις γὲ, εἰ μηδὲν ἄλλο ἠδίκουν τὴν πόλιν, τϱὶς, οὐχ ἅ., δικαίως ἂν μοι τεϑνάναι δοκοῦσι, per hanc inconſtantiam in accentu v., et 764, 14. πῶς οὖν οὐκ ἄξιος οὗτος, εἰ δυνατόν ἐςι, τϱὶς, οὐχ ἅ., ἀπολωλέναι; cf. Rs. Or. Ind. V. 6. p. 786. i. οἳ, οὐδ' ὑπὲϱ ἑνὸς ἑκάςου τῶν πεπϱαγμένων δὶς ἀποϑανόντες, δίκην δοῦναι δύναιντ' ἂν, ad quem locum V. 5. p. 408. i. N. 74. non modo eſt Verſio, ſed et alius cum πολλάκις ἀποϑανὼν iterum, ad Nov. T. Iud. v. 12. δένδϱα, — δὶς ἀποϑανόντα Intp., nominatim Pric., Tittmann. de veſtig. Gnoſt. p. 206. i., quorum Phaedr. Fab. illud, *bis* videor *mori*, non repertum in G. Th., ſed in noſtram rem Caſ. Ex. B. XVI. p. 441. a. e. e „Phil. de legibus contra homicidium et ſcortationem, μυϱίους μὲν ϑανάτους, εἴ πεϱ οἷόν τε ἦν,

„σί τε καὶ τολμήμασι μυρίων
„ἄξιοι θανάτων, ἥν τις ὁρίσαι
„θέλοι [y] τὴν ἀξίαν τιμωρίαν,

Ob tanta nimirum peccata et fa-
cinora infinitis digni mortibus,
ſi quis ſtatuere velit dignum ſup-

y) Mss. Ba. et Vi. θέλῃ, cf. 1, 8, 4. e.

ἤνεγκεν ἂν κατ᾽ αὐτῶν ὁ νομοθέτης, qui locus mihi repertus 617. e. ſimul cum ſqq. his, ἐπεὶ δὲ τοῦτ᾽ οὐκ ἐνεδέχετο, τιμωρίαν ἄλλην προσδιατάττετο, λ. *contra* tales *mille* ſupplicia *decreviſſet* legislator, *ſi* potuiſſet: *id* quia *non* poterat, *novam poenam addidit*, 609. F. i. ὃν, ἀνδροφόνον, ἀμείλικτ᾽ ἐργασάμενον, ἀναιρετέον· ἐπειδὴ, μυρίων θανάτων ἐπάξιος ὢν, ἕνα ὑπομένει, διὰ τὸ τῆς τιμωρίας ἀθάνατον εἰς πλῆθος μὴ πεφυκυίας συναύξεσθαι, *homicida debet e medio tolli*, ut *maleficus*. Meritus *enim* plurimas *mortes*, exſolvit *ſe unica*, *quia natura non fert*, *eum affici pluribus ſuppliciis*, p. ſq. D. m. ἀναγκαῖον, ἀπάγειν δώσοντας δίκην τοὺς, ὡς ἔφην, ἄξια μυρίων θανάτων, οὐχ ἑνὸς, εἰργασμένους, *ducendi ſunt ad* ſupplicium, *ut* non *unam* mortem *meriti*, ſicut *iam* ante *diximus*, it. in Flacc. 752. e. ἅμα ταῖς προσευχαῖς ἀπεστεροῦντο τὴν εἰς τοὺς εὐεργέτας εὐσέβειαν, ὃ μυρίων θ. ἐπετίμητο ἂν, *cum proſeuchis adimebatur pietatis erga bene meritos* facultas *per* iniuriam, *quavis* morte *graviorem*, quibus addere poſſum alium ap. Kuhn. in Spicil. p. 65. i. „ἀνθ᾽ ἑνὸς θανάτου μυρίους ἂν ἐθελήσοντας ὑπομεῖναι λ. pro *una* morte *libenter* mille *ſuſtinere*“ ſed an illis ſimilis eſſet locus breviter ſic modo notatus e Dion. H. Rs. ed. V. 2. p. 824. l. 17., neſciebam, cf., ut auctoritas formulae maior accedat, Aeſch. Socr. dial. 3, 12. i. τὴν δὲ ἀπότευξιν ἀλγεινὴν καὶ θανάτων μυρίων χείρω, ubi Ind. Fi. v. θ. et μ. „mortibus *multis* gravior *et* acerbior *repulſa*, h. e. longe acerbiſſima“ vocabuli tropicam notionem ſumente Barth. ad Briton. Philip. 7, 297. p. 497. e. „*mortes* omnem omnino cruciatum indicant. Philo καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, μᾶλλον δὲ ὥραν, προαποθνήσκω, πολλοὺς θανάτους ὑπομένων ἀνθ᾽ ἑνὸς τοῦ τελευταίου. — In Hebraismo eandem locutionem obſervavit *Io. Druſ.* l. 6. in N. T.“ qui quidem *Phil. locus*, *libro nullo nominato*, non inveniendus, ad iſtam notionem tropicam non videtur idoneus ob adiuncta contraria ἀνθ᾽ ἑν. τελ., quibus par illud eiusdem antea ἕνα ὑπομ., ut potius exiſtimem, ſcriptores proprie accepiſſe, quod et arguunt ſuperius adiuncta quorundam, εἴ περ οἷόν τε ἦν, et εἰ δυνατόν ἐστι, it. haec τρὶς, οὐχ ἅπαξ, et μυρ. θ., οὐχ ἑνὸς, quibus deinde graviſſimum et acerbiſſimum genus mortis et omnino ſupplicium innuerint, cf. de plur. θαν. ſenſu univerſo Phil. 611. D. m. Ind. Ael. V. h. et Gs. Chr. v. ὑπὸ ex Herdt. ſine Ind., ſed pro mortis genere Xen. Bach., quorſum et retulerim illum locum Ind. Hom. ex Ὀδ. μ΄, 341. πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι, ob ſq. v. oppoſ. λιμῷ δ᾽ οἴκτιστον θανέειν λ., tum pro mortuis ipſis atque cadaveribus Abr. ad Aeſch. 1, 388., ſed in ſing. notionem communem Wyttb. Plut. de ſer. n. v., pro mortis genere Rs. Or. V. 7. Ant. et tropice cum gen. rei, θάνατος πόλεως et πατρίδος ib. V. 8. Lyc., nihil ferente G. Th., quam *infinitos dolores*, ſed ad plur. Lat. nullam explic. 335, 101. ſqq., inprimis ad Virg. Aen. 10, 854. omnes *per* mortes *animam ſontem ipſe dediſſem*, ubi tamen Serv. „per omnia mortis genera; nam una mors eſt; aut per diverſa ſupplicia, per quae venitur in mortem; aut quaſi non una tantum morte dignus“ et modo 337, 10. „*Iuba et Petreius*

„ἐςέ. ἀλλά; τί μὲν χρὴ πα-
„θεῖν ὑμᾶς, ὁρᾶτε[z]. ἐγὼ δὲ
„φείσομαι μὲν ὑμῶν, ὡς μὴ φο-

15. *plicium, eſtis. Sed quid*
quidem vos deceat pati, vide-
tis, ego tamen parcam vobis

z) Tantum in Ms. Bg. reperi comma poſt ὁρ., in quo fine protaſis, relatis ad ſe μὲν et δὲ, Stp. ed. cum aliis ſaepius colon habuit, quod ea et al. mox poſt φον. facit, minus ſevere, cum a pr. ἐγὼ pendeat adhuc ſq. v. μιμ., ubi in ſimili μὲν — δὲ iterum punctum fert Stp. cum rel.

mutuis vulneribus concurrerunt et mortes *foeneraverunt*, — i. cruciatibus ſe ſubduxerunt."

ἥν τις λ.) Formulam ὁρ. τ. ἀξ. τιμ. vidimus e Rs. Or. Lyc. ad §. 11. e., quocum variatur hic iterum in ſubſt., ut et quodammodo in v. ὁρ., ferente G. Th. Lat. Bg. ſine explic. tantum in v. 545, 85. ex Ovid. ſub „decernere aliquid" et cum ὁρίζομαι med., in quo ipſo Stp. Th. 2, 1469. C. e. „definio, h. e. ſtatuo, conſtituo, — ὁρισάμενος ἑαυτῷ ζημίαν θάνατον, ſtatuens ſ. praeſtituens" e Bud. C. 984. e., quorum compoſ. *definire*, ut propius Gr. et notationi, malim hic, quam ſimpl. ſeverum, etſi hoc per *ſtatuere* G. Th. 671, 81. explicat in alia formula; P. ſervante Sch. partim in v. „*determinare*, petere *ſuppl.*" quo in Lat. G. Th. cum Gr. n. „*poena* pro tempore *determinata*, Papin." cf. Ioſ. 1, 183. m. ſ. 1. e. θάνατον ὥρισε τὴν τιμ., *poenam* capitalem *irrogavit.*

ἀλλὰ) Liberum P. in ἀλ. (cf. 1, 12, 4.) deſerit Bg., it. in addito adv. ad ὁρ., ubi Leisn. in m. Ox. ſignarat „ἀκούετε" monens, opinor, de uſu illo, cum ſenſuum verba inter ſe permutantur, quo de v. 1, 5, 9. Exc. p. 873. m. Nr. 5. it. Harl. Chr. Po. p. 92. v. 14. cum ib. laud., quibus add. Abr. Dl. Th. Auct. p. 10. m. Krb. L. N. T. p. 129. m. Loesn. p. 505. v. 12., hic tamen ut procedat v. ὁρ. cum Lat. Bg. iterum de animo, pro intelligere, cognoſcere, agnoſcere.

φείσομαι) In ſententiam habeat aliquid Suid. 1, 679. m. e Dion. πάντες ἀποθανεῖν ἐςὲ ἄξιοι· οὐ μέντοι καὶ ἐγὼ πάντας ὑμᾶς θανατώσω, λ., hic Bg. de ſuo ante ὡς addente οὕτως relativam particulam ſ. potius definientem magis, vel, ut alias ante inf., ſic dupliciter reddente. Sed Sch. in „φ. *abſtinebo* ſanguine *veſtro*" quo pron. addito poſſeſſ. voluit reſtituere quadam ratione pron. perſ. ὑμ., a P. neglectum, ſpectante huc Stp. Th. 4, 76. B., qui producto h. l. ſine Verſ. ſubiecit „eſt autem obſervandum hoc loquendi genus, quo et alibi utitur, videlicet l. 6." 6, 1, 15., innuens v. φ. cum formula ὡς μ. φ., in qua Noſter forte peculiari modo ſcripſit, vel e quadam Lat., v. G. Th. 690, 50. et 56. „*parcat* iuventus *pudicitiae* ſuae, ne *ſpoliet* alienam, — *ſacris et profanis* ſic *pepercit*, quaſi — *veniſſet*" reperiente me tantum ſimilia N. T. 1 Cor. 7, 28. ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι, et Dem. ſine Ind. 148, 5. διὰ ταῦτα ὑμῶν οὐχὶ φείσεται, (cuius formae in fut. add. L. N. T. Fi. et Ind. Lyc. cum Fa. Aeſ., it. alteram Suid. 3, 595. i. φειδήσεται, φείσεται, cf. ib. ſq.) praeterea cum inf. nudo Call. et Xen. Cyr., (cf. Stp. Th.) ſed et ib. cum gen. artic. τοῦ ſimul, cui utr. formulae noſtra reſpondere poteſt, ut et illi cum μή ποτε ap. Ael. V. h. 9, 26. e., tum abſolute poſitum et ſine caſu L. N. T. Krb. Ind. Soph. Ai. cum Theogn. it. Dem. et Plut. Hſ., ſed cum adv. Abr. L. Ar., cum acc. rei dubio Sb. Ind., contra quem caſum recte diſputat Stp. Th. l. l. 76. D., qui potuit conferre Schol. Soph. Ai. v. 115., ſed et addere Theogn. v. 904., ubi pro

„νεῦσαι, οὔτε τὰς ὑμετέρας χεῖ-
„ρας μιμήσομαι. ἐπεὶ δὲ[a] μή-
„τε ὅσιον, μήτε δίκαιον, ἔτι[b]

ita, ut non occidam, neque
16. veſtras manus imitabor. Sed
quoniam nec fas eſt nec iuſtum

a) Ms. Ba. ἐπεὶ μήτε ὅσ., ſed edd. A. B. 1. et Pat. ἐπειδὴ ſic una voce, at ἐπεὶ δὴ diviſum rel., praeter ἐπεὶ δὲ Ing., v. N. b) Ms. Ve. ἔτι β., v. N.

vulg. acc. τοῦτον legendum ſit τούτου, quod metrum aeque admittit, niſi τοῦτον referas ad pr. ὃς de perſ., ut abſolute ſtet v. φ, ſupplendo pron. gen., quocum gen. rei v. Heſd. Phoc. Aeſch. ep. S. Rs. Or. V. 8. And. et Lyc. Dem., cui add. 157, 21. Xen. Cyr. et M. S., Dion. H. T. 1. Luc. Poſſ. Call. et Sy., et ſimul cum adv. Rs. Or. V. 6., ſed cum gen. perſ. Sb., Rs. Or. V. 6. Ael. V. h. Luc. Dion. H. T. 2. Fa. Aeſ. L. N. T. cum Poſſ. l. l. Lyc. et Hom. ex Stp. Th. v. i. et cum adv. ſimul ſine Ind. Dem. 128, 7., ſed per dubium gen., rei, an perſ., Plut. Krg.

τὰς ὑμ. χ.) Hanc formulam, ſervatam e P. a Bg. meliori ordine, et a Sch. in χ. cum adiuncto hoc „in effundendo ſanguine" ſed non repertam in Stp. Th. Indd. et G. Th., (ubi modo in v. eſt *imitari — chirographum*, quod et noſtrates dicunt *eines* Hand *nachahmen*.) Noſter habeat peculiarem, qui et oranti Severo eam tribuit per fer[illegible]em animi, ut pungat iterum milites crimine repetendo, varians cum pr. v. φ. privo proprioque per phraſin tropicam, cum, remoto tropo, imitari manus alterius in caede patranda nihil ſit, quam aeque, ut alter, caedem facere, ut differat poſterius tantum adiuncto hoc, quod fit per imitationem, ſed conveniat utrumque hactenus, ut ipſe Severus dicatur facere, quod, ſi factum fuiſſet, per alios facturus erat; cogitante Noſtro forte formulam 2, 5, 10. m. βασιλείῳ μιάναι τὰς δεξιὰς αἵματι, unde et mox §. ſq. ſic quaſi explicat.

ἐπεὶ δὴ μήτε) Scribo ἐπεὶ δὲ μήτε λ. *Steph.* Ad m. Ox. ſignarat Leiſn. modo „ἐπεὶ δὲ, (ſed ad m. Ms. Bg.) ἐπεὶ δὲ, pro ἐπεὶ δὴ" volens aut ipſe ſic legere, aut ſic legiſſe Bg., quo de vel ſine iſtius Nota et ſigno res eſt plana, ſic, ut per ordinem alium iterum referat Lat. P., qui adeo vel habuerit δὲ etiam in ſuo Cod., vel vulg. δὴ reddiderit, ut alibi, per adverſativas, quales Sch., tacens ex h. l., ſub δὴ ſervavit, ut *enimvero* 1, 14, 13. *autem* 1, 17, 17., quibus addimus *ſed* 2, 6, 5. Iam cum, ut ſubinde diximus, ſaepe confuſae ſint iſtae voculae et vocales, meliusque δὲ ſenſu proprio referatur ad pr. §. μὲν, nec δὴ habeat notionem hanc, quamvis ita cenſente Dev. p. 108. m., cuius in loco δὴ aeque valere poteſt ſua notione, pro *adeo*, etſi et ibi Var. L. eſt: ne μὲν pr. ſtaret ſolitarium, ſi δὴ vulg. pro *igitur* ſumeretur, recepi dudum δὲ, non tam obſecutus emendationibus aliorum, quam ſenſui planiori, cum et in edd. ἐπειδὴ ſine quadam alia copula, v. c. δὲ aut οὖν, non eſſet ſententia et ſeries melior; ut nec in altero Ms. ἐπεὶ, cuius extr. ſyllaba, ut etiam ſq. μη, facile extruſit aliquando δὴ, e veriore δὲ ortum; ut taceam, in deliciis illud ἐπεὶ δὲ hoc ſenſu et ſitu et in periodi fronte eſſe Noſtro. Tum in ὅσ. Sch. „ius, ſanctum" prius e P., unde Bg. duxit Lat. ſuum ad ὅσ., quod et ipſe P. ſic potuit reddidiſſe, quanquam ordinem deinde mutans; ut tamen eodem ordine poſita Gr. noſtra iisdem cum P. Lat. vertat etiam Bud. C. 384, 51. aliunde „ὅσ. καὶ δικ. ſic dicunt, ut Lat. *ius et fas*. Plut. τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσιον, καὶ πρὸς ἀνθρώπους δίκαιον"

„βασιλέα ὑμᾶς δορυφορεῖν, καὶ *amplius imperatorem vos ſtipa-*

quae differentia valet ſane alibi, non item, cum opponuntur ἱερὰ ſ. θεῖα, ubi ὅσ. eſt profanum, publicum, et quod populi, nec deo ſacratum, cf. clarum in primis locum Ind. Dem. v. ὅσ. e., cuius paucis add. 741, 12., et per Noſtri copulata 1072, 7. ἀλλ' οὔτε δίκαιον, οὔθ' ὅσιον τοῦτ' ἐστιν, it. 732, ult. 1164, 19., ſed per alia 92, 1. 160, ult. 330, 8. 363, 9. 562, 21. 632, 13. 641, 14. 703, 12. 730, 25. 732, 7. 734, 4. et 17. 738, 4. et 7. 743, 12. 1067, 14. 1380, 26., ſed ubi ὅσ. i. q. δικ. 644, 23. coll. vs. pr. et 26. ſq. it. p. ſq. i. et v. 20., tum Rs. Or. V. 6. 7. Iſ. et Ant., cui add. 618. i. δικαιότερον καὶ ὁσιώτερον καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων γένοιτα ὑμῖν, ubi adiuncta explicatio alium tantum ordinem tenet, quam ap. Plut. ante, V. 8. And., Ael. V. h. cum N., it. Xen. Z. cum N., it. Fi. Aeſch. cum N. ad Plat. Phaed. p. 293. L. N. T. Schw. cum L. Boſ. ad Eph. 4, 24. Rs. An. T. 1. ad Dion. C. p. 56. m. Reim. Dion. p. 1083. Suic. Th. Heſ. ὅσ. — δίκαιος, εὐσεβὴς, Suid. cum N. N., ſed D'Orv. Ch. p. 112. i. „πρὸς ἀνθρώπους δίκαια καὶ πρὸς θεοὺς ὅσια) ita Latinis *ius* et *fas* diſtinguuntur" qui adeo videatur accedere ad Bg., cf. G. Th. in v. *fas* i. et Intp. ad Virg. Ge. 1, 269., ipſo Noſtro, ut videtur, mox ſubiiciente vocabuli utr. explicationem quandam in τὸν ὅρκ. ἀσεβ. λ., cum iusiurandum teneat quoque pietatem in deum, quo nominato cogitatoque tum ap. omnes, tum ap. milites volunt excitare religionem eius et obſervationem diligentiorem, cf. 2, 10, 3., ut illa rel. ἐμφ. — προδ. maxime pertinent ad officia et delicta adverſus homines, etſi per ſe ſimul ad deum.

ἔτι β.) Ven. perperam δίκαιον ἐστι δορ. *Stroth.* Videtur hic modo error in litteris ς et τ accidiſſe, cf. 1, 2, 10., cum primo v. ſubſt. ſaepe Noſter opprimat, et alii omittant id nominatim poſt adi. ὅσιον, quanquam cum eo etiam incedit, v. loca e Dem. in N. pr. et Stp. Th., deinde Mss. rel. ſervent vulg. adv. diſerte, ut P. oblique per *iam*, quod ille, ut Latine doctiſſimus, ceperit non vulgari vi, nec de tempore praeſ., ſed de futuro ac poſtero, atque adeo pro Bg. magis perſpicuo, qua de notione Lat. iſtius v. G. Th. v. i. l. 95., ut de Gr. ἔτι eiusdem ſenſus, ubi et vertitur *poſtea*, Stp. Th. 1, 1290. C. ſq. D'Orv. Ch. p. 98. e. ad v. 5. et Abr. ad Aeſch. 1, 34. i., quo de pro Lat. *rurſus* ſ. *iterum*, nec ab h. l. alieno, v. eundem in Dl. Th. p. 526. m., ſicut denique adv. iſtud magis hic eſt neceſſarium, quam v. ſubſt., ut contextus magis definiatur, et in P. non comparet v. ſubſt., a Bg. iteram libere additum, qui illo eſt ſeverior in rel., variante Noſtro cum 2, 5, 10. e. et 2, 9, 11. per adi. ἐμφ. ordinem, et β. ſyn. ſententiasque ſeparatas pro una contractaque, it. cum 2, 6, 22. i. alio ſubſt. ſyn. et alio ordine eius et ſine artic., formulam ἀσ. ἐς τ. ὅρκ. reddente cum P. partim Bg. et Stp. Th. per haec Ind. 4, 546. e. „ex Herodi. affertur εἰς τ. ὅ. ἀσεβεῖν, iusiurandum *violare*" per lectionem aliam in praep. et pro ſeveriori *peccare* in *ſacr.*, etſi G. Th. modo tenet Lat. formulam P., ubi Noſter analogiam tantum ſequatur in v. ἀσ. non modo cum praep. ſua, ſed etiam in praep. cum acc. rei ſuae, praebentibus Indd. modo v. act. abſolute poſitum Orph. Rs. Or. V. 4. Xen. Pol. Z. Luc. cum L. N. T., it. cum aliquo particip. Rs. Or. V. 6. 8. And., ubi cum adiuncto et adv., νῦν δὲ ἀσεβῶ καὶ ἀδικῶ εἰσιὼν εἰς τὰ ἱερὰ, cum adv. alio Dem., cum acc. rei nudo Abr. ad Aeſch. T. 2. et Dion. H. S. T. 1. e 725, 15., ubi plene τὸν στρατιωτικὸν ἠσεβηκότων ὅρκον, *militaris* ſacramenti *violatoribus*, ad quem locum v. N. Sb., ſed cum acc. perſ. nudo Rs. Or. V. 6. Diod. S. cum Weſſ. ad 1, 87.

„ἐς τὸν ὅρκον ἀσεβήσαντας, καὶ „ἐμφυλίῳ καὶ βασιλικῷ αἵματι τὰς [c] δεξιὰς μιάναντας [d], „τήν τε πίστιν καὶ τὸ ἐχέγγυον „τῆς φρουρᾶς προδόντας [e], τὰς

re, cum et ſacramentum violaveritis, et civili ac imperatorio ſanguine dextras pollueritis, fidemque et officium cuſtodum deſerueritis; animas

c) In Ms. Vi. τὰς deeſt. *Loc.* ut ex Ms. Bav. dederat Mart. tantum αἵματι δεξιὰς λ., v. N. d) Nobiscum ſine iota B. 1. al., v. 2, 9, 10. e) Pro puncto al. et colo Stp. rel., hic comma cum B. 2. L. al. ſervavimus propter conſtantiam modo, quia ſupra in fine protaſis poſt ἐπεὶ ita coepimus de ratione ipſius Stp. ed., quanquam alibi iam profeſſi, colon olim futurum eſſe.

N. 27. D'Orv. Ch. et Abr. ad Aeſch. T. 1., ut cum eodem et pr. περὶ Xen. Cyr. Z., ſed cum pr. εἰς Fa. Aeſ., ubi et caſus eſt non dei, ſed hominis, εἰς τὴν μητέρα, Dem., cuius uni add. 1349, 16. 1359, 22. 1371, 12. coll. v. 15. 1373, 3. 1381, ult. 1385, 13., ſed cum acc. rei et pr. εἰς Stp. Th. et cum περὶ Poſſ. Call. e Dem., ignorante Ind., ut et eius et Stp. locum ex Aeſch. Or. cum περὶ in paſſ., quod cum pr. πρὸς v. Sb. Ind., et cum ſyn. ὑπὸ Diod. S., ubi et ſine praep. cum caſu perſ., cf. Rs. Or. V. 6. et Abr. ad Aeſch. T. 2., ut cum caſu rei ib. T. 1. Caeterum in Ms. omiſſus artic. τὰς fuerit hic modo intra ſimiles τι et δεξ litteras.

πίστιν — προδ.) i. negligere, ſ. poſthabere fidem praeſtandi, cuſtodiendi que officium. Ita πρ. πίστιν 8, 3, 9. Sic τὰ καθήκοντα πρ., Luc. in Gallo T. 2. p. 717. (l. 70.) τὰ καθ. οὐ χρὴ προδιδόναι, officium *non* decet *deſerere*. Ita ſaepe Lycurg. (tacente Ind. Rsk.) v. Gron. Obſ. 3, 20. (tantum de Lat. v. *prod.*) *Leisn.*

Qui et ad m. Ox. „Anacr." ap. quem nihil huc pertinens reperi, nec per Indd. quid in formulam πρ. cum ſubſt. illis, nec in his cum ſubſt. τ. φρ., in primisque in τὸ ἐχ. cum gen., ut Noſter ſcripſerit modo ad analog., et Lat. aliquam in *deſerere* et *prodere* ſeveriori cum ſubſt. *fidem*, ubi v. G. Th. et in Bg. v. *deſ.*, ſed ſine explic., pro non obſervare, cf. de ἐχ. Suid. Heſ. Duk. ad Thuc. p. 196. N. 26. cum Ind., ubi locus ex Eur. Phoen. non eſt in Ind., et Schol. utr., cum pr. πρὸς Long. Mor., cum ſubſt. quodam, ſed ut adi., Suid. Herdt. Dion. H. T. 1., Luc., ubi Gs. non ſevere, cum ſit adi. ibi etiam, et i. q. ſeq. ib. βέβαιος, per copiam, ut ſufficiat, *an valetudinem* certam *putas* tibi *fore* ac *firmam*, Ioſ. et Sb., qui hinc „*fide* cuſtodiae *prodita*" non bene ob iam adiunctum τὴν πισ., ſed partim e P., unde plene Stp. Th., at Sch. „ἐχ. fidei *et* cuſtodiae *certitudinem*, quam cuſtodes corporis alicuius ſancte ſervare debent, *prodere*" dum ipſe P. in „prodita *fide* cuſtodia *que*" duo ſubſt. τ. πισ. καὶ τὸ ἐχ., ſyn. ex parte, reddit modo per unum ſubſt., ſumta ſimul figura hendiad. in ſubſt. duobus Gr. in regimine, reſolutis per copulam, pro quo potius malim aliam hendiad. in duobus ſubſt. primis τ. πισ. καὶ τὸ ἐχ., ut ſint, reſoluta in adi. cum ſubſt., i. q. τὴν πίστιν ἐχέγγυον τῆς φρουρ., *fidem* certam *cuſtodiae* ſ. *cuſtodum*, quale quid eſt in Sb. Ind. e Xiph. πίστιν τῆς σωτηρίας ἐχ. ποιεῖσθαι, faceret *idoneam* fidem *ſalutis*, it. in Herdt. Ind. „πίστις τῆς σωτ. ἐχ., *pactum* de *incolumitate*" quod Lat. ad πισ. hic quoque cogitem in Bg. ſevero aut *promiſſum*. Eſt contra liberius eiusdem ad ἐχ., pro Sch. illo non probae aetatis ap. G. Th. „legitur

„δὲ [f] ψυχὰς καὶ τὰ σώματα *quidem et corpora munus*
„δῶρον τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας *meae humanitatis habebitis*,

f) Mſs. Ba. et Vi. τὰς ψυχ., ſed Ing. τὰς μὲν ψυχ., v. N. Tum in omnibus edd. poſt σωμ. comma, nec tamen ſimul poſt φιλ., ſed poſt ἕξ. iterum in ſolis Ox. cum Ms. Bg.

ap. Amm. Marc. 30 poſt princ. *in cuius fidei* certitudine *manſit immobilis*. Hic tamen etiam in Mſs. deeſſe dicunt“ ut deeſt quoque in ed. Erneſt. p. 480. l. 10., ut malim *ſecuritatem*, ſ. *firmitatem*, ſ. *conſtantiam*, quo reſpexit Stp. Th., cum ex h. l. dixit capi „pro ἀσφαλὲς, ſ. ἀσφάλεια“ etſi adhuc melius eſt Lat. *ſponſio*, ap. G. Th. cum Grr. affinibus „ἐγγύησις, ἐγγύη, promiſſio“ ut, quod ſupra iam monebam, copulentur hic, per copiam ſyn., ſubſt. πισ. generis, et τὸ ἐχ. formae; unde ſententia, cum non ſervaritis *pactum* ſ. *promiſſum* et *ſponſionem*, et quidem *cuſtodum*, de Bg. ratione, in abſtracto per concretum reddito, i. quam faciunt, qui fiunt cuſtodes imperatoris, aut *cuſtodiae*, ſc. praeſtandae, ſ. de cuſtodiendo ac tuendo imperatore; qua in poſtr. explicatione et notione v. ἐχ. Noſter peculiari modo poſuerit, ut Bg. in ſuo Lat. iterum notionem adiunctam, quoniam ſponſio illa promiſſioque militum fiebat ad officium faciendum et de eo faciendo.

τὰς δὲ ψυχ.) Scribo τὰς μὲν ψυχ. — τοῖς δὲ περ. *Steph*. Leisn. ad m. Ms. Bg. „leg. μὲν et δὲ cum Steph.“ qui iterum correxit e P., clare referente hic *quidem*, at non in ſq. membro adverſativam illam, ſed vulg. τὲ copulam in ſuo *porro*, non eam repetente Sch., qui nec tenet alias iſtius ſyn., ut *ad haec* 2, 10, 10. et *tum* 2, 6, 17., quibus reddebat τὲ, nimis ſubito a Bg. quoque tentatum e voluntate Stp., ut Vs. oſtendit, non item N., quae et nulla erat de pr. δὲ, quod proprio quidem ſenſu, et pro adverſativa, ſane hic locum non habet, nec illo, quo eſt in apodoſi, pro δὴ, Lat. *vero*, ſ. *tum vero*, ſed h. l. ortum videtur e γὲ, reſtringendi notione, pro Lat. iſto P. cf. 1, 16, 5. m. 2, 12, 2. ut ille aut habuerit in Cod. ſuo, aut ſaltem e contextu id coniecerit; quam leviſſimam medicinam in textu olim adhibiturus ſum, in primis, cum et alibi Noſter γὲ ponat poſt artic. cf. 1, 16, 7. e. Mox e P. libertate rel. ſervat Bg. modo Lat. in φιλ., quod, tenens iterum notionem compoſiti Gr., profert etiam Stp. Th., cf. L. N. T. Thom. M. Krb. Decr. Rom. p. 223. Ind. Aeſch. ep. S. Xen. Bach. et Cyr. Luc. Ioſ. Dem. cui add. 107, 15. 227, 10. 297, 23. 304, 24. Tum P. deſerit quoque Sch. in „ψυχ. *pro dono habere*, σωμ. *corpora* et *animas*, h. e. vitam, (quod Lat. et Leisn. ad m. Ox. ſcripſerat cum loco 1 Theſſ. 2, 8., ſub eadem notione etiam Stp. Th. 4, 749. i. Noſtri locum afferente e P.) ἕξ. habebitis *donum*“ cum Bg. adeo ſevere, in formula tota ad analog. modo ſcribente Noſtro fortaſſis, repertis tantum mihi his, ap. Palaeph. ὡς δῶρον, quod eſt ſyn. illi Sch. in ψυχ. habetque expreſſam illam partic. ὡς, a Noſtro hic oppreſſam, tum ap. Theogn. v. 446. χρὴ δῶρ' ἀθανάτων, οἷα διδοῦσιν, ἔχειν, alio ſenſu, pro *ſuſtinere* et compoſ. ἀνέχειν, opinor; et cum gen. rei aliquo ap. Ael. V. h., nihil etiam dante G. Th., ſed Noſtro ponente hic v. ἐχ. pro accipere, ſ. auferre, ut ſit, per meam humanitatem et benignitatem, tanquam donum liberum, accipietis vitam cum corpore, ut maneatis vivi et liberi, nec fiatis ſervi, nec occidamini.

„ἕξετε· τοῖς τε g περιειλήφό-
„σιν ὑμᾶς ϛρατιώταις κελεύω,
„ἀποζῶσαί τε h ὑμᾶς, καὶ ἀπο-

17. *qui autem vos circum-dederunt milites, iis praecipio, ut recingant vos exu-*

g) Ms. Ba. τοῖς τε προσιλ., ſed δὲ Ing., v. N. h) Ms. Ba. ἀποζῶσαι τὲ ὑμ.

περιειληφ.) In Ms. aliam praep. nihil definias e P., omittente hoc v., ſed ut, praeter conſenſum Mss. rel., melior ſit vulg. e contextu §. 8. ſq., (ubi res eadem traditur aliis formulis, et quomodo ab exercitu Severi ſint cincti Praetoriani et circumſepti,) et modo error inciderit in praep., qualis alibi in περὶ et πρὸς, non diſſimili, unde, cum vulgo in Mss. προ ſcribatur, ultima quidem vocali altiore et grandiori elementis rel., etiam hic lapſum librarii ſumas, (cf. ad Luc. 1, 664. l. 55. et Fi. ad Well. p. 359. m.) reſpicientis forte ad §. 10. m. εἴληφθε, et pro ſimpl. hoc ſumentis compoſ., cf. 2, 11, 15. e. Sed Bg., in v. vulg. Lat. adhibens idem, quod 2, 2, 22., ad reoſlutum per pron. participium mutavit quoque caſum adiunctum ϛρ., rediens tamen ad Gr., aſſumto pron. altero demonſtr., ſecutus idem P. in Lat. ad v. κελ., ignoto Stp. Th.

ἀποζῶσαί) In hoc membro P. non ſervat Bg. in copula aſſumta ad ſq. γυμν., ob mutatum partic. ἀποδ. act. in paſſ., et ſic concurrentia duo adi., reddente hinc Sb. Ind. „*diſcingere*, exauctorare“ ſed ſine Vs. Stp. Th. ſub „diſc., zonam aufero, — aliquando i. q. exauctoro, ob hanc rationem, quod imperatores diſcingi iuberent eos, quos exauctorare volebant, et exauctoratos dimittere ignominioſe“ qui ad hanc notionem cum Bud. (non e Comm. l. Gr.) inductus videtur a P. ap. Noſtrum alibi, v. c. 8, 8, 4., repetitam illam in L. Ern. cum auctario „Vet. Gl. *decingo*“ quod ſeverius Lat., quoad praep., ignorat G. Th., ubi modo in „*diſcinctus*, διεζωσμένος, — *diſcincti* etiam dicebantur exauctorati et miſſi, cum ignominia, militia. Talibus enim et arma et cingulum adimebatur“ qui recte hic, etiam in v. *exauctorare*, duplex exauctoratorum genus innuit, ſecus ac Lipſ. *de mil. Rom.* 5, 19. Op. T. 3. p. 354. m., atque adeo miſſorum militia honeſte et per ignominiam, cuius poſterioris generis hic Noſtri locus eſt claſſicus, cum addatur explicatio tum hic, tum §. 19. Itaque v. ἀποζ. capio proprie ob illa alterius loci τὰς ζώνας ἀφαρπασ., intelligens iterum cingulum de balteo, ut ad §. 4. εἰρην. σχημ. (cf. G. Th. in v. *cingulum*,) qui inſerviebat inferendo gladio tum longiori, tum breviori, ut hic, cf. §. 19. ξιφιδ. et §. 4. ſq., ubi cum caeteris armis relictus in caſtris longior ille. Tum amplio iſtam exauctorandi notionem hinc etiam, addens ei hoc, ut veſtes adeo militares ademtae ſint exutaeque, definiendae illae e §. 4. εἰρ. σχημ. et §. ſq. ταῖς πομπ. ἐσθ. Mox Bg. melius, quam P., in εἴ τιν. λ., quod, ne quis dubitaret, habuiſſe illos adhuc aliquas veſtes militum, ob εἰ particulam, in dubitando adhibitam interdum, ille ſtatim mutavit in aiens vocabulum et adeo pron. relat., ſed, ut P. ad 2, 11, 13., auctius ab illa *cunque* particula infinitae notionis; ut Lat. *ſi qui* pro *quicunque* habet diſerte etiam Hor. Turſ. p. 958. i., at pro ſimpl. *qui* Schell. de ſtilo p. 445. m. 8), quanquam etiam p. 398. Nr. 1) e. „*ſi quid* pro *omne*“ quod eodem redit, ut et, cum εἴ τις ſumunt pro ὅςις, cf. Hſ. ad Plut. p. 21. Abr. ad Aeſch. 1, 127. m. Dl. Th. p. 27. m. 354. i. 501. m. 526. e. it. Auct. p. 308. Miſc. O. A. Nov. T. 6. p. 489. e., (ubi p. ſq. excitatus „Herodi. in Sever. l. 2. p. 44.“ qui

„δύσαντας, εἴ τινας περίκεισθε
„ἐσθῆτας στρατιωτικὰς, γυμ-
„νοὺς ἀποπέμπειν[i]· παραγ-
„γέλλω τὲ ὑμῖν, ἀπιέναι ὡς
„πορρωτάτω τῆς Ῥώμης. ἀπει-

toſque veſtibus, quibuſcunque amicti eſtis militaribus, nu-
18. *dos dimittant: ac edico vobis, ut diſcedatis quam longiſſime ab urbe: eminor*

i) Ms. Ba. ἀποπέμπειν, ὡς πορρωτάτω τ. ῥ., v. N. Poſt ἀποπ. edd. omnes temere punctum, ſed Ms. Bg. colon nobiscum. —

eſt forte hic noſter locus, aut ille alter §. ſq. εἴ τις λ., ap. Stp. ed. p. 54. m., per errorem in numeris,) L. N. T. Schw. p. 407. b. e. et p. 1329. a. i. cum N., ut contra ὅστις pro εἴ τις explicat Bauer. Phil. Th. P. p. 12 β), cf. Cort. ad Cic. ep. p. 127. N. 10., nullam emphaſin in hac formula ſtatuens nobiscum, qui accipimus pro mero pron. relat. ad variandam orationem, cf. Ind. Ern. Liv et Tac. v. *qui*. Sed in v. περ., a P. neglecto, Sch. „*circumdati* eſtis *veſtibus*, (at in στρ.) περίκεισθαι, *militaribus* indutum *eſſe*“ utrinque accedens ad Bg. paſſ., dum tenet Sb. Ind. ſine Vs. „ἃς περ. ἐσθ.“ vel ſic per liberam ſect. nobiscum faciens in explicato εἴ τιν., dum habet Stp. Th. aliunde in v. π. i. Lat. Sch., non item Bg., ſed rectionem eandem, qua ſumitur verbum ſenſu paſſ. de perſ. cum nominativo perſ. (qui caſus pron. ὑμεῖς hic opprimitur,) et acc. rei ſ. veſtimenti etc., qui a Bg. iterum mutatus in abl. cf. 1, 16, 7. e. Bud C. 1458, 40. L. N. T., nominatim Krb., Loesn. Kypk. 2, 147. e. 389. e. Gat. ad Ant. p. 351. D'Orv. Ch. p. 68. m. 497. m. cum Ind., ubi et cum Noſtri ſubſt. ἐσθ. ipſo, Ael. V. h. Luc., cui add. 2, 111. pen. Caeterum in Ms. Bg. non repertum eſt comma poſt eſtis; quae res ſi ab ipſo Bg. eſt: voluerit ex parte ſaltem exprimere rectionem illam, cum poſt pron. reiicitur ſubſt. et adi., quorum ſubſt. ἐσθ. ille copulabat cum pr. v., ſed adi. cum ſq. v. περ., cum rectio eſſet vulgaris ἀποδ. ἐσθ. στρατ., εἴ τ. περ., hic omnibus edd. conſentientibus in data interpunctione, atque adeo nullo poſt περ. commate, quod alias coniungebat ἐσθ. στρ. cum pr. v. ἀποδ., cum nunc omnia cohaereant cum v. περ. In γυμν. autem, partim etiam ad zonam pertinente eiusque gladiolum, ſed maxime ad ἐσθητ., intelligetur, opinor, quod ſupra monitum, non omnino nudo corpore dimiſſos eſſe, ſed abſtracta veſte exteriore, ut tamen interula qualiscunque iis remaneret. Tum in v. ἀποπ. Bg. e P. ſeverius, quam 2, 1, 5. e., quod ap. Stp. Th. etiam aliunde. Denique quia cum P. etiam Mss. rel. initium §. ſequentis ſervant: in Ms. Ba. exciderint illa παρ. — ἀπιέναι forte ob ſimile v. ἀποπεμπ., quoad praep. ἀπ eandem.

παραγγ. τὲ) P. hic δὲ reddit, ut alibi, libere, manente Bg in vulg. τὲ, cum libero Lat. et alio ordine, ſed in Lat. P. modo ad ἀπ., (quod non eſt ap. Stp. Th.) nec omiſſo cum illo τῆς Ῥ., ſed hoc proprio nom. mutato in appellativum, cf. 2, 10, 3. 1, 13, 5. e., variante Noſtro cum 2, 6, 5. non modo in ipſo proprio nomine pro illo Gr. appellativo, ſed etiam addita ὡς particula, (e P. ſervata a Bg.) quae, ut 1, 7, 4. e. cum poſitivo, ita hic cum ſuperl. redundat aeque, ac Lat. Bg., cf. Hſ. Plut. 9, 1. et Dem. ſine Ind. 369, 4., it. ſupra ad 1, 8, 3. 1, 9, 20. i.) ad τὴν ταχ.

„λῶ[k] καὶ διόμνυμαι[l] καὶ προα- et iuro et praedico, capi-

k) Ms. Ba. ἀπειλῶ τὲ καὶ δ., ſed Vi. ἀπειλῶ τε καὶ δ., diverſi modo in acc. τὲ particulae, at ἀπειλῶ γὰρ καὶ δ. Ing., v. N. l) Ms. Vi. διόμνυμι v. N.

ἀπειλῶ) Forte καὶ ἀπειλῶ, vel potius ἀπειλῶ γὰρ καὶ δ. *Steph.* Si, verbis in participia mutatis, legamus ἀπειλῶν καὶ διομνύμενος καὶ προαγορεύων, apta erit membrorum cohaerentia, et minor coniunctionum multitudo. Quodſi praecedens verbum παραγγέλλω in participium mutare malis: minor erit mutatio. *Sylb.* Mihi tamen praeſens medicina non valde arridet. *Boecl.* Male Stp. coniicit. Herodiani oratio affectui conſentanea. *Leisn.*

Recte nec Sch. repetiit ullibi Stp. aut Sb. coniecturas, et Leisn. vidit, orationem eſſe incitato animo dicentis accommodatam, quo ſolemus loqui tum per inciſa, tum per frequentatam copulam, ſ. polyſyndeton, cf. Ern. Rhet. §. 375. et 348., addito in Mss. τὲ a ſcriba, quod, per ſe elapſum poſt ſimile λω, perimensque a ſyndeton, (aptum eidem ſpiritui ac fervori,) tamen aeque, ut Stp. γὰρ, ab Ing. temere ſuſceptum, nocet brevitati, cf. §. 12., iterum Stp. hauriente e P. et coniiciente καὶ ante ἀπ. haud feliciter, cum ibi non ſat probabiliter exciderit, et P. *edico* item *iuro*que *ac denuncio* prodat potius Mss. τὲ, cum eodem ſtet loco et poſt ἀπ., et ille hoc reddat quoque *itemque* 1, 15, 9. e. (ubi Bg. ſimpl. *item*,) ut vel habuerit in ſuo Cod. etiam, vel addiderit libere, qualem libertatem agnoſcas quoque in καὶ primo, per *que* reddito, ubi Bg. ſeverior, qui eundem deſerit in Lat. ad v. v. duo, uſus commode aliquo compoſ. ad ἀπ., (ignoto Stp. Th., ſed ap. G. Th. cum Gr. n. „minari, ſed ſignificatu adaucto" quod vix credo,) tum viciniore in πρ., etiam noto Stp. Th. aliunde, etiam ap. G. Th. cum Gr. n., dum Sch. partim e P. in „ἀπ. minor, *edico*, πρ. denuncio, *edico*" qui in poſtr. ex Ind. Sb., at in δ. ex eodem et P. cum Bg. per *ſimpl.*, ap. G. Th. etiam cum Grr. al. ſimpl. modo, non repertum in Stp. Th., at in L. Ern. (poſt Stp. vicinius *deiero*, ap. G. Th. cum Gr. al., qui in compoſ. et praep. cum Donato argutatur, ut et Ind. Corn. N., cum pro *ſimpl.* ſit ob adiunctum adv. ap. Ter. Hec. 5, 2, 5. deierat *perſancte*, ubi Weſth. tacet,) „διόμνυμι, f. ομόσω ſ. ομοῦμαι — διομνύω, idem" medio ne nominato quidem, niſi in illa fut. forma altera clam, ſed Stp. Th. „διόμνυμι, vel potius paſſ. (aut med.) διόμνύμαι, accipiens ſua tempora ab ὀμόω, ſ. potius a media eius voce" ad quam vim med. pertinent quoque eius loca ſubiecta omnia, ſicut Rs. Or. V. 7. Ind. Ant. „792, 3. ubi διομόσαντες legitur, in activo, quod ſuſpectum eſt, et alias, et quia extra uſum eſt" cuius prima illa cauſa *et alias* quaerenda videtur e N. ad locum illum ipſum ib. p. 792. N. 32. b. „διομόσαντες) paulo poſt (p. ſq. l. ult.) legitur διομοσάμενοι, quod equidem praeferam; niſi διωμόσαντο praeſtet" reperiente me tantum in Ind. Luc. διόμνυμι ex 2, 500. (ubi tamen l. 87. διομόσαιτο λ. ÷ *iuraverit*,) it. Ind. Soph. Ai. Hoer. διομόω, (ubi v. 1250. διωμόσω, in N. Hoer. verſum „*deieraſti*, definiiſti" et Lat. primo etiam in ed. Iohnſ., ut intellexerint non de act., ſed de med. aor. 1. perſ. 2., ſpectante illuc Stp. Th. ſine Vs., ſed ut attulerit Var. L. διωρίσω loco ſcholii,) ut pugnat contra act. Fi. ad Plat. Apol. S. p. 64. N. 6., cui act. nil profuerit Rs. Or. V. 4. p. 225. m. διομωμόκατε, cum de praeceptis grammaticorum libellorum perf. med. habeas terminationem perf. act., unde et Rs. Ind. V. 8. Lyc.

„γορεύω, κολασθήσεσθαι κε- *taliter punitum iri, ſi quis*
„φαλικῶς, εἴ τις ὑμῶν ἐντὸς *veſtrum intra centeſimum ab*

dederat hunc locum ſub med. διόμνυσθαι, ut in noſtro Ms. error inciderit potius in finibus μαι et μι, ſ. litteris αι et ι, aut inſcitia librarii, cum porro nil teneam, quam med. per variam rectionem e Bud. C. 214, 13. ſqq., cuius cum Stp. Th. locum e Lyſ. Or. ignorat Rsk. Ind. V. 6., (cf. Fi. ad Well. p. 272. i., it. e Poll. Call.) at V. 4. diſerte „*iurare* ſimpliciter“ qui contra in Dem. Ind., praeter recte comparatam praep. Lat. *de* cum Gr. διὰ, in v. quaerit emphaſin, aut etiam vim in praep. aliquam tamen cum Z. ad Vig. p. 572. a. 7), et tamen iterum in Ind. Din. V. 8. cum acc. perſ. „τοὺς θεοὺς, *iurare* per fidem deorum“ cf. V. 14., ſed cum acc. rei V. 7. Ant. ex 772, 3., (it. cum al. Fa. Aeſ. Hſ.) at cum acc. rei affinis ſubſt. ὅρκον ib., it. ſimul cum dat. perſ. ex 710, 2., ſed ſimul cum pr. περὶ Dion. H. T. 1., ubi et cum pr. κατὰ, et cum adiuncto verbo tum alio, tum Noſtri ex 284, 30. *ἀποκτείνειν ἅπαντας ἀπειλοῦντος καὶ διομνυμένου*, *cum ſe omnes* interfecturum *deieraret*, ut cum pr. ὑπὲρ Fi. Aeſch. „iureiurando affirmo“ quae formula, adhibita quoque in Stp. Th., tamen nihil eſt, quam Bg. privum v., ut et illa Rr. Or. V. 7. Ant. „*deierare*, iurando confirmare“ cf. ib. Ind. Iſ. ſine Vs. et abſolute poſitum, ut cum inf., ſicut hic, iterum Dem. Bud. C. l. l., tum Suid. 1, 596. διόμνυται, ὀμνύει, *iurat*, ſine χρήσει, nec coll. ad Heſ. 1, 1000. i. διόμνυσθαι, τὸ ἀπόμνυσθαι, ſine N., ut et p. 1014. i. διώμνυται, ὀμνύει, pro qua ω vocali, quamvis ibi poſita e ſerie elementorum, tamen e Suida ο ſimpl. corrigendum vel ob explicationem, de hoc v. med. tacentibus lib. de V. med.

κολασθ. κεφαλ.) tam hoc vocabulum, quam illa loquendi forma παραγγέλλω τε ὑμ. ἀπιέναι — ἀπειλῶ κ. δ. κ. πρ., latinismum mihi ſapere videntur, cuius veſtigia haud pauca in libris Herodiani ſunt. *Stroth.*

Quatenus Latina ſit forma illa loquendi tota παρ. — πρ., quaerat aliquis amplius, cum non poſſit eſſe in rectione iſtorum verborum cum inf., (quem in v. δ. monſtravimus e Gr. ſcriptoribus in N. pr., ut de v. παραγγ. ef. 1, 5, 3. et Ind. Luc., et de v. προαγ. vel Stp. Th.) ut fuerit modo in tot verbis copulatis ſimulque prolatis per perſ. praeſentis temporis primam ſolennis formula rei alicuius indicendae, quam tamen non reperi, et tantum ap. G. Th. in v. illo Bg. e Plaut. *eminor* interminor*que*, ne *quis obſtiterit obviam*; ubi et tantum „*capitaliter*, φονικῶς, Plin. ep. — me *laceſſiſſet*, i. cum periculo vitae meae, — *animadvertere* Veget.“ quod extr. v. reſpondet Gr. Noſtri κολ., ut et G. Th. diſerte 346, i. „*animadverto* in *te*, κολάζω, punio te“ Stp. Th. huc reſpiciente tantum in adv. „*cap.*, ut Plin. loquitur. Herodi. l. 2. κεφ. κολ., *capitali* ſupplicio *affectum* iri, *capite* poenas *daturum*, de interfectoribus Pertinacis, qui a Severo ultra viceſimum lapidem exterminabantur“ ultima interpretatione ducta e P., ut Sch. in adv. „κολάζεσθαι, capitaliter *puniri*“ accedit ad Bg., ad Plut. Hſ., ſuper κεφαλὴ pro vita, reddente Heum. p. 134. N. 30. hinc „κ. κολάζεσθαι, *capitis* ſupplicio *affici*“ per ſyn. cum illa Stp. formulam, ut Fabr. ad Dion. C. p. 1241. §. 6. a προαγ. — φαν. „*capitis* ſupplicium *denuncio*, ſi *quis*“ rel. e P., aliis Indd. praebentibus nihil, quam ſyn. phraſin Ael. V. h. 13, 2. e. ἔτισεν — τὴν δίκην — σὺν τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ κ., *pependit* poenam *ſuo* ipſius *capite*, et v. κολ. act., proprio ſenſu, abſolute poſitum, Dem. et Plut. Krg., cum pr. ἐκ Iſ. Ev., cum aliis adv.

„ἑκατοςοῦ [m] σημείου ἀπὸ τῆς „Ῥώμης φανείη." Ταῦτα κε-λεύσαντος αὐτοῦ, προσδραμόν-

urbe lapidem conſpicietur. 19. Haec cum praecepiſſet ipſe, accurrunt Illyri-

m) Mss. Ba. et Ve. ἕκαςος τοῦ σημ. v. N.

(ad quorum analog., ut et Lat. hic ſcribatur,) Xen. M. S. et Bach. Rs. Or. V. 7. Ant. ſed cum ἕνεκα ib. V. 6. it. Xen. Cyr. ubi et cum acc. perſ. cf. Luc. Iſocr. Pan. Mor., qui et ſimul habet cum adv., ut ſimul cum dat. rei Poſſ. Call. et Soph. Ai., quo et pertinet eiusdem cum acc. elliptico pr. κατὰ, cum acc. rei et adv. Luc., cum v. τιμωρεῖσθαι Dem. Ael. V. h. et Poſſ. Call., tum paſſ. abſolute L. N. T., cum particip. Xen. Bach., cum acc. elliptico pr. κατὰ (τίνα τρόπον) Luc., ubi et cum adv. ex 1, 533. l. 66. et loco ib. ult., cf. Thuc., ubi et cum pr. ἐν et διὰ, it. cum dat. rei, cf. Lyco., ut cum pr. ὑπὸ Poſſ. Call. et Fa. Aeſ., ubi et cum κατὰ, ut in rem criticam D'Orv. Ch., ſed improprie act. de perſ., cum acc. rei Toup. ad Suid. P. 1. et Foeſ. Oec., ſed de re, cum acc. perſ. Xen. Cyr., ut paſſ. Xen. Bach. Ael. V. h. et Longin. Mor., denique med. proprie de perſ. cum adv. et acc. perſ. L. N. T., ſed improprie de re cum acc. rei Foeſ.

ἑκατοςοῦ σημ.) Ven. vitioſe ἕκαςος τοῦ σ. *Stroth.* e ſeparatis ſyllabis ab initio, quibus deinde accentus acceſſere, et ſimul ex errore in τ et ς iterum, cf. §. 13., libere adv. hic aliquod addente P., e quo Sch. ſervat etiam fut. ad φ. (cum Bg., quem miror hic non imitatum Gr. conſecutionem temporis per coniunct. praeſ. *conſpiciatur*, quem et requirit antecedens obliqua per inf. oratio,) ſed in „σημ. intra centeſimum a Roma lapidem, h. e. 100 milliare" ubi retinet praep. cum nom. propr. Romae, mutante Bg. e P. id iterum in appellativum, ut §. 1., ſine neceſſitate, cum et hic procedat praep., cf. G. Th. v. *lap.* ſine Gr. Nr. 4. „*lapidibus* ap. veteres (ut et nos hodie) miliaria ſignabantur. Idcirco *lapis* pro miliario ponitur. — Ulp. — *ſed et ſi* quid *intra* centeſimum miliarium *admiſſum ſit: ad praefectum urbi pertinet*; ſi *ultra* ipſum *lapidem*, etc. (unde etiam Lat. quaedam hic Noſtri compareat in ἐντ. cum σημ.) Tac. elliptice, *ad duodecimum* a *Cremona*, ſc. lapidem" Sb. Ind. (quem v. et in Lat. *mile*) e Xiph. et Eutr. Met. „σημεῖα, milia, — Latini vocant etiam *lapides*, miliarium ſcilicet indices" it. Stp. Th. 3, 768. F. e. „milliariorum quoque notae ſ. ſigna σημεῖα dicuntur. Erant autem ii lapides, mille paſſuum ſpatio a ſe invicem diſtantes, — Herodi. l. 2. εἰ — φ., *intra* centeſimum *milliarium*" et deinde e P., ſed tantum praeterea e Plut. et Iuſtinian. in Paraen., at Suid. 3, 367. e. σημεῖα, μίλια, *milliaria*, ſ. *ſigna milliarium*, *qui erant lapides*, ſine loco; ut et hoc in vocab. ſit forte aliquid novae Gr., ex uſu Rom., cf. Graev. Th. T. 10. p. 502. ſq.

ταῦτα κελευσ.) Non ſervat Sch. e P. liberam formulam, parem adv., in v. „πρ. quum *accurriſſent*" quod Bg. ap. G. Th. cum Gr. n. et ap. Stp. Th. aliunde, cf. L. N. T. Ind. Dem. The. Fi. et Luc. Sed in οἱ Ἰλλυρ. vulg. ſervat cum Ms. Ve. etiam P., et per ſyn. etiam Bg., cf. 2, 11, 18. 2, 8, 12. et 18. it. Spart. in Sev. c. 5. p. 597. l. 4. At in altero Ms. Ba. error eſt librarii in accentu et themate, ut et alias confunduntur αἱρέω et αἴρω, v. Wyttb. Plut. de ſer. n. v. p. 8. e., cum neſciant compoſ. περιαίρειν L. Ern. et Stp. Th., qui in altero themate hinc habet ſine Vs.

τες οἱ Ἰλλυρικοὶ[n] ϛρατιῶται, τά τε ξιφίδια περιαιροῦσιν[o] αὐτῶν, ἃ παρῃώρηντο[p], τῷ ἀργυρίῳ[q]

ciani milites, atque gladiolos adimunt ipſis, quos ſuſpenſos habebant, argen-

n) Mss. Ba. et Vi. Ἰλλυριοὶ λ. v. N. o) Ms. Ba. περιαίρουσιν, ut A. al., v. N. p) Sine iota Ox. et Bc. 2., ſed comma hic tenent modo Stp. Sb. Bc. In. Lu. et Pat. v. N. q) ἀργύρῳ Ms. Ba., v. N.

ἀγαπητ.) Brevitatem P. nimiam hic deſerit Bg., etiam Stp. ad m., unde Bg. Lat. ad ſqq. v., cf. ad 2, 10, 13., de ſuo ſcribente hic Noſtro, it. in ſq. φ. τ. ἑ., niſi referas huc Dem. 242, 4. ὁ μάλιστα φυλάττων τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, cum hic aliter τὰ ἑ., quam 2, 3, 19., ſumantur, pro terris poſſeſſis.

ὁ δὲ Παρθ.) Sic Parthi ſaepe dicuntur ab auctore noſtro aliisque Graecis. Sed 6, 5, 15. Πάρθοι dicuntur, qui alias ſunt Παρθυαῖοι. Sed quando imperatores Rom. a victis Parthis nomen accepere: fere Παρθικοὶ dicuntur, (cf. 4, 10, 1.) Herodiano etiam 6, 6, 9. Παρθία eſt, quae aſias Παρθυαῖα, Straboni etiam XI. p. 354. Παρθυηνή. Idem XI. p. 355. commemorat Παρθικὰ νόμιμα. Eodem libro XI. ipſa gens dr. Πάρθοι p. 361. Ibidem etiam memorantur Παρθικοὶ ἵπποι, v. Cellar. T. 2. p. 701. (Nr. IX. ubi e Strab. l. XI. p. 354. non eſt Παρθυηνὴ, ſed Παρθυαία, hoc accentu.),

σατράπαις, δύναμιν ἀθροίζειν. οὕτω γὰρ εἰώθεν, ὁπηνίκα ἂν δεηθῇ στρατὸν συλλέγειν [n], τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρους καὶ συνεστὸς [o] στρατιωτικόν. Ἀτρηνοὶ δὲ

imperaturum, dixit, ut copias congregarent: ita enim ſolet, ſi quando opus ſit collecto exercitu, quia non habet mercena-
6. rios et conſtitutos milites:

n) Ms. Ba. colon. o) Ms. Ba. μισθοφόρους καὶ σὺν αὐτῷ στρατ., per merum errorem in litteris, at συνεστῶς ed. Sb. cum Ed. v. N.

A Latinis modo *Parthia*, modo *Parthiene* regio dicta, (v. Cell. l. l.) Stp. Byz. λέγονται δὲ καὶ Πάρθοι, καὶ Πάρθιοι, καὶ Παρθυαῖοι, καὶ Παρθυαία ἡ χώρα καὶ Παρθυηνή. *Leisn.*

Extrema Stp. Byz. habet quoque Cell. l. l. Nr. VIII., ſed rurſus per accentum illum alterum, cf. ſupra ad 1, 15, 4. At recte Sch. „ὁ Π. ſigillatim de rege Parthorum" ſed ut, quemadmodum in pr. §. illo ὁ Ἀρμένιος, proprie ad adi. nomen proprium loci deſit ſubſt. βασιλεύς, tacente L. Boſ. Ell. p. 47. Mox Stp. Th. 3, 1003. e. habet cum Bg. e P. „Herodi. l. 2. ἐπιστέλλειν ἔφη τοῖς σ. δ. ἀθρ." non modo per numerum *libri* pravum, ſed et per lect. aliam *illam* in Var. L., ubi *Ms.* praeſens poteſt eſſe ex perpetua *confuſione litterarum* ſimplicium ac duplicium, cum et Mss. rel. maneant tacite in fut., etiam a P. expreſſum, et ed. A. praeſens nihil arguat, quam eſſe fideliter ductum e Cod. ſimili; quanquam per ſe praeſens locum habeat etiam cum v. ἔφη, cf. ad 1, 6, 21. e., ut Ms. Ba. alibi quoque mutat fut. in praeſ., cf. 1, 11, 8. 1, 15, 1. In ſq. pro δυν. ἀθρ., mox variatur per στρ. συλλ., quam phraſin, ignoratam a Stp. Th., nec mihi repertam, Noſter duxerit e Lat., cf. G. Th. in v. Bg. (e Sch. pro libertate P.) aut per analog. e Gr. aliorum his, Dem. ſine Ind. δύναμιν συλλ. 278, 4. it. Iſ. Pan. Mor. p. 104. συλλ. πελταστάς, it. Diod. S. συλλ. στρατιώτας, cf. in ſq. τῷ λ. ad Luc. 2, 303. e. „*ſi quidem* mercenar. *milites* non *habent*" pro quo plurali verbi rectius Bg. in ſing.

μισθοφ.) Locus huius plane παράλληλος habetur infra 6, 5, 6. οὐ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται στρατιώταις οἱ βάρβαροι, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, οὐδὲ στρατόπεδα ἔχουσι συνεστῶτα καὶ μένοντα, πολέμου τέχναις ἐγγεγυμνασμένα, *neque* enim *mercenariis* militibus, *ut* Romani, *ſic* barbari *utuntur*, neque *caſtra* habent *ſtativa*, belli *que* artibus *aſuefacta*. Eſt autem itidem de Parthis ſermo. Explicantur haec loca diverſimode. *Quidam* hoc dici autumant, quaſi Parthi numquam peregrino milite utantur. *Alii* de mercede et ſtipendiis interpretantur, Parthos non dare ſtipendia, more Romanorum, ſed id cuique ſtipendii loco eſſe, quod e praeda acquiſierit. Mihi Herodianus nihil aliud videtur dicere, quam, *non habere* Parthos *exercitum ordinarium*, qui *ſemper in armis ſit, et ad ſubita bellorum excubet*, ſicut in Romano Imperio inſtituerat Auguſtus, qua de re Noſter ſupra 2, 11, 9. De *mercede*, aut *peregrino milite* ſeorſum non videtur cogitaſſe hoc loco Hiſtoricus. Nam μισθοφόροι *ordinarium illum* et *ſemper in armis verſantem militem* notant, ſive *peregrinus* ſit, ſive *domeſticus*. Vide omnino Dion. 52. p. 552. ſq. Ubi *ſtipendium* ſubintelligitur ſane, ſed hic non primario attenditur, quippe peritia caſtrenſis perpetuo exercitio comparata, cum fortuito illo milite, nec caſtrorum diſciplinam, nec uſum militiae edocto, confertur. Legenda ſunt etiam, quae infra 6, 5, (6, ſq.)

ἦλθον αὐτῷ τοξόται σύμμαχοι, πέμψαντος Βαρσημίου, ὃς τῶν τόπων ἐβασίλευε. τὸ δὲ λοιπὸν στρατιωτικὸν ἤθροιζεν ἐκ	ex Atrenis item venerunt ei ſagittarii auxiliares, mittente Barſemio, qui in illis locis regnabat. reliquam vero militarem manum congregavit de

verbis iam productis continuantur. Ubi ſane annotatur, *non referre alia bellorum praemia Parthos, quam ſpolia et praedam ex hoſtibus:* ſed nimirum in oppoſitione ad ordinarium illum perpetui ſtipendii militem, et de domeſticis omnia dicuntur. Nam ſi peregrino milite uſi eſſent; quod ap. Parthos et eiusmodi populos, ſua multitudine fretos, nec ſemper, nec ſaepe olim fiebat: utique ſtipendio conduxiſſent. Herodiani ergo conſilium eſt, notare *defectum quendam aut errorem imperii Parthici*, quod nimirum tantum imperium deſtitueretur *ordinariis militibus*, quos omnibus regibus regnisque commendat Lipſius 4. polit. 7. et 5. polit. 11. *Boecl.*

Non tam carpere Noſter videtur, quam narrare, quis tum temporis ap. Parthos fuerit ſtatus militaris, nec ſane de peregrino milite cogitarit, ſed modo de domeſtico, cui contigerit merces ſ. ſtipendium; utque altero loco, a Bc. laudato, (et iam ſupra 2, 11, 9.) pro mero μισθ. plene per variationem dicit μισθοφόροις στρατιώταις, adiuncto ſubſt., ſic, quae ib. στρατόπεδα συν. καὶ μεν., non ſunt *caſtra* ſ. loca militum, (quae nec hodie tenent perpetuo, qui ſempiterno milite utuntur, reges, per urbes quippe extra bellum diſponentes militem ſuum,) ſed per eandem variationem ſunt i. q. hic συν. στρατιωτικὸν, quo et ipſo variatur cum pr. δυναμ. et στρατ., ubi ad συν. Bg. deſerit P. et Sb. Ind. „collectae et ad uſum paratae copiae militares" qui et habet συνεστὼς ib., ut Stp. Th. 1, 1792. G. e., huc ſine numeris reſpiciens cum P. „quo dicit modo idem alibi συνεστὼς στρ." quae forma *maſculina* in neutris participii aut adi. ſingularis numeri, tacta ſupra ad 1, 17, 7. m. ad εἰσδραμὼν, potiusque *communis* generis appellanda, cum et ad feminina pateat, firmata eſt a Gottlb. in Anim. ad L. N. T. Schoettg. in Act. Erud. 1771. p. 110., cf. Rs. Ind. Dem. p. 308. m. „enallage — generis — ἐξεληλυθὼς, pro ἐξεληλυθυῖα" it. Suid. 1, 239. m. ad ἀξιόχρεως, ſcribente Noſtro ad analog. Xen. Ἀνβ. Ind. „ἱππικὸν συνεστηκὸς, equitatus *congregatus*" et Dem. „δύναμις συνεστηκυῖα, copiae *conſtantes*, militia perpetua, quae non diſſolvitur, non dimittitur" quo Lat. Rs. primo potius uſurus eram, ut viciniori ad Gr. act. et ad perſpicuitatem faciliori; quanquam neutrum tenet G. Th. de Lat. Bg. ſubſt., cf. Foeſ. p. 359. e. noſtris hodie uſurpantibus *ein* ſtehendes *Kriegsheer*.

τοξόται συμμ.) Secundum hoc ſubſt. tractarit Bg. e P. pro adi., quod Lat. ſane ap. G. Th. eſt cum Gr. n., quod ad ſenſum reſolvas quoque in dat. ſubſt. *auxilio*, vel per partic. ὡς, tanquam *ſocii*, quae alterutra ratio adiuvat tertium pr. nominativum Ἀτρ., ubi Bg. ex eodem P. mutat adi. in ſubſt. cum praep., populi quidem, non loci, v. §. 4.

Βαρσημ.) Nomen Syriacum eſt. Infra male ſcribitur βαρσημίου. *Stroth.* qui reſpicit 3, 9, 1. e., ubi hinc corrigunt. Mox ſervat Bg. e P. Lat. ſyn. ad art. τῶν, non item reliquam eiusdem redundantiam, cum ὃς — ἐβ. ſint periphraſis ſubſt. βασιλέως, ad variandum pro §. 4. τὸν βασιλ., ubi et licuit

τῶν ἐκεῖ ϛρατοπέδων πᾶν. πλεῖϛοι δὲ καὶ τῶν δημοτῶν [p], τῆς Ἀντιοχείας μάλιϛα, ὑπὸ κουφότητος, νεανίαι, καὶ τῆς περὶ τὸν Νίγρον σπουδῆς, ἐπέδοσαν

7. exercitibus, qui ibi erant, omnem. Plurimi autem ex vulgo Antiochiae potiſſimum adoleſcentes prae levitate et erga Nigrum ſtudio dederunt no-

p) Ms. Ba. τ. δημοτῶν, τῆς Ἀντιοχείας, μάλιϛα λ. ad quam diſtinctionem prope accedunt ed. Bs. 2., facto commate tantum poſt Ἀντ., non item poſt δημ., nec poſt κουφ., ut inde a πλεῖϛοι ad νεαν. continuam ſeriem tenent A. al., ſed quaedam ed. diſtinguunt cum Stp., ut dedimus, v. N.

iſtis locis *imperabat*. Sic eundem deſerit Bg. quoque in ſq. membro, ubi τὸ ϛρατιωτ. concurrit cum τῶν ϛρατοπ., Noſtro innuente, Nigrum, ad quem redit, tactum §. 4. i., collegiſſe *reliquum* (praeter auxilia miſſa) exercitum modo e domeſticis iisque copiis, quas habebat in Syria, per ἐκεῖ indicata, cum diu non nominaſſet, v. 2, 7, 7.

νεανίαι) Forte ἅτε νεανίαι, *utpote* iuvenes. *Reisk.* Forte legendum νεανικῆς. *Stroth.*

Quae poſtrema coniectura magis placeat ob litterarum affinitatem, ſed et ipſa non fuerit neceſſaria, quia convenit ad ſenſum cum vulg. lect., in qua modo opus eſt extrinſecus aſſumere particulam ὡς, (ſaepe omiſſam, et, ſi quis hic indulgeat ingenio, facilius ob pr. ος elapſam, quam Rsk.) deinde ferre hyperbaton, (Noſtro non inſolens, ubi Bg. bene verſatur et ordinem legitimum monſtrat,) denique e pr. repetere pr. ὑπὸ, ſaepe ſic interiectis aliis regentem ſequentia; quibus rationibus et vulgata firmatur, et critici moderatio probatur; inclinante P. potius ad Stroth. cauſam, dum *aetatis levitate* pro adi. et ſubſt. cepit, i. *iuvenilis* aetatis *levitate*, ſ. iuvenili levitate, ſed vel ſic libertatem ſuam refert ſolitam, tum ordine ſubſtantivorum mutato, tum omiſſa praep., cf. de ſubſt. ap. Stp. Th. ſine exemplo Ind. Dion. H. S. T. 1. et Ael. V. h. cum Thom. M.

ἐπέδοσαν) Formulam totam, recurrentem 3, 4, 2. (ubi εἰς ϛρ., quo reſpexerit per comparationem Gloſſator Ms. Ba., dum Noſter in praep. variat, cf. 2, 8, 16.) Bg. reddit partim e P., expreſſo tantum ſeverius ſubſt. ϛρ., ut Sch. ib. „ad *militiam* nomina *dederunt*, (qui in v. ἐπ. ex altero loco) *permiſit* ſe *eius* poteſtati *ad* eum *ſequendum* ducem *belli*“ expleto dat. perſ. pronominis αὐτῷ, non male, ſed Noſtro ſcribente ſaltem ad analog. Gr. in v. ἐπ. cum pr. εἰς et ſubſt. aliquo rei, cui formulae ſubſtitui poteſt dat. rei, et alibi in hoc v. ſolennis, etiam ap. Noſtr., unde Lat. exiſtit phraſis Bg., mutato pron. perſ. recipr. in ſubſt. *nomen* ſ. *nomina*, ap. G. Th. 281, 95. „*dare* nomen *militiae*, i. ad delectum ſe exhibere“ in v. *mil.* cum Gr. n. e vulg. lect., pro quo Ms. Vi. ſcriptura habet mendoſum accentum, ſed illa Ms. Ba. ſolennem Var. et confuſionem, qua de damus modo diu iam ſcriptos, Ind. Eutr. et Zoſ. it. Thuc., tum ad Onoſ. p. 50. N. 2. ad Herdt. p. 195. N. 63. cum Ind. v. ϛρατὸς, ad Luc. 2, 294. N. 28. Rs. Or. V. 3. p. 482. N. 57. ſq. 519. N. 10. 526. e. V. 5. p. 162. N. 71. Vol. 9. p. 341. e. D'Orv. Ch. p. 548. vs. 8. p. 576. v. 8. cum Harl. Dem. p. Cor. p. 124. N. 87. Mor. Iſ. Pan. p. 98. N. a) et Fd. Ev. p. 14. N. 21. Loesn. Obſ. p. 191. e. Tim. L. p. 171. Ammon. p. 130. Suid.

αὐτοὺς[q] ἐς ϛρατείαν, προπετῶς μᾶλλον, ἢ ἐμπείρως, τοῦτο ποιοῦντες[r]. ἐκέλευε[ſ] δὲ καὶ τοῦ Ταύρου ὄρους τὰ ϛενὰ καὶ κρημνώδη[t] διαφράττεσθαι γενναίοις τείχεσί τε καὶ ἐρύμασι,

mina militiae, temere magis, quam ſcienter id facientes. 8. Iubebat autem et Tauri montis anguſtias ac praecipitia interſepire validis muris et munitionibus, obſtru-

q) Ms. Ba. ἐπ. ἑαυτοὺς εἰς ϛρατιὰν, προπ. ſed Ms. *Vi.* αὐτοὺς ἐς ϛρατίαν λ. quem lenem in pron. una Bc. 2. hic quoque refert, cf. in eodem v. ἐπιδ. 2, 15, 6., ut pron. ſyn. ἑαυτ. ſupra vidimus in Mss., ef. 2, 12, 2. it. miſturam pr. εἰς, cf. 1, 13, 13. m. Sed comma Ms. habuere quoque poſt ϛρ. A. al., pro colo Stp. rel. De caeteris v. N. r) Sectio nova in Ms. Ba. non eſt. *Mart.* nec in edd., niſi in Stp. rel. ſ) Ms. Ba. ἐκέλευσε ſolenni miſtura, cf. 2, 14, 4. t) In Ms. Ba. καὶ κρημνώδη deſunt. *Mart.* ut modo καὶ in ed. Ox. cum Par. 2. omiſſum, v. N.

3, 380. m. ſqq., hic quidem ut forte redeat eodem *dare ſe* ad *expeditionem* ϛρατείαν, et ad *exercitum* ϛρατιὰν, ut miles et aliquis in exercitu ſcribaris, et expeditioni interſis. Mox in προπ. Stp. Th. 3, 326. e. malum numerum lib. 2. habet cum P. Vs., ſub Bg. Lat. etiam, (cf. Ind. Xen. Bach. cum Thom. M.) in ſq. ἐμπ. autem vicinius Lat. *perite* aliunde, et ſyn. Bg. *ſcite*, cf. abſolute Rs. Or. V. 8. Diſſ. et Dem. ſed cum pr. περὶ ib. V. 4. ut cum gen. rei Diod. S. et Ioſ. ſed perſ. Xen. Ἀνβ. et Di. H. S. T. 2. tum ſyn. ἐμπειρικῶς Munth. et poëtic. ἐμπεράμως Call.

κρημνώδη) Omiſſa in Ms. Ba. καὶ κρ. iterum ſine probabili cauſa, praeter Mss. rel., refert quoque P., et cum variatione quadam ſunt iterum cum τὰ ϛενὰ 3, 3, 2., ut diverſa per ſe; unde et male omittunt ed. Ox. copulam καὶ, ubi Noſter ſaltem ad analog. ſcribit in neutro pro ſubſt., et P. ſtatim in Vs. exprimit ellipſin ſubſt. χωρία, quae ſunt et ſic diſerte ap. Dion. H. S. T. 1., non item ap. L. Boſ. Ell., cf. de adi. Ind. Diod. S. et Luc. cum Suid. 3, 373. e. Ad ſq. v. διαφρ. Stp. Th. 4, 190. F. ſub Bg. Lat. ſervat P., addito „ἐκέλευε διαφρ. perinde reddidit, ac ſi ſcriptum eſſet διέφραττεν" nempe pro libertate ſua et exquiſita Latinitate, cum ipſe dr. aliquis facere, quod per alios fit et iuſſu iſtius, cf. 1, 15, 19. m. ὑπογρ. et 2, 13, 15. Sed idem Stp. modo hinc tenet v. δ., nec alibi mihi repertum, niſi in Bg. ap. G. Th., ſed ſubſt. διάφραγμα ap. Thuc. Dion. H. l. l. Gs. Chr. et Ioſ. cf. Foeſ., ut de adi. γενν. ap. Stp. Th. 1, 838. i. aliunde cum Bg., (e P. pro firmus,) ſed de muro tantum e Noſtro, qui neſcio quem auctorem habeat ad hanc rem; repetente Stp. Th. 1, 1265. D. Vs. P. in ἐρ., quae hic, oppoſita muro et diſtincta ab eo, fuerint foſſa et vallum, i. aggeſtum e terra et ſudes, cf. Lipſ. de milit. Rom. 5, 5. Op. T. 3. p. 245. ſqq. et Poliorc. 2, 1. ib. p. 57. ſqq. 66. ſq. 77. ſqq.

πρόβλημα) v. quae ſupra notantur ad 2, 11, 16. *Boecl.* In προβλ. Stp. Th. 1, 698. C. hinc ſine Vs., ubi Bg. deſerit P. (etiam partim Sch. „montem *propugnaculum* magnum *viarum*, ne tranſiri poſſint") ſed maxime in ὁδ. adiuncto ἐν τ. ἀν., capiens praep. pro εἰς, qua de vi in aliis cauſis conſtat; eodem redeunte fortaſſis ſenſu in vulg. notione, *obſtructionem* contra *vias*, in *oriente* quae ſunt, et ducunt maxime ad Syriam, ubi Niger vivebat, quaſque Severus ingredi poterat, contra illum iturus cum exercitu. Noſtri autem extrema haec τὸ δυσβ. τοῦ ὀρ. per variatio-

πρόβλημα ὀχυρὸν νομίζων τῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ ὁδῶν τὸ δύσβατον τοῦ ὄρους. ὁ γὰρ Ταῦρος, μεταξὺ ὢν Καππαδοκίας καὶ[u] Κιλικίας, διακρίνει τά τε τῇ ἄρκτῳ καὶ τὰ[x] τῇ ἀνατολῇ ἔθνη προσκείμενα[y]. προύπεμψέ[z] τε καὶ στρατιὰν, προκαταληψομένην[a] τὸ Βυζάντιον,

ctionem firmam putans viarum in orientem illa avia
9. montis. Nam Taurus, interiacens Cappadociam et Ciliciam, diſcriminat ſeptentrioni ac orienti ſubiectas na-
10. tiones. Praemiſit etiam exercitum, qui Byzantium praeoccuparet, urbem Thra-

u) Ms. Ba. et Vi. τὴ καὶ Κιλ. addita altera copula, ut alibi, cf. 2, 9, 1. m. x) In Ms. Vi. τὰ deeſt. *Loc.* aut fortuito, ob ſq. τῇ ſimile, aut ex ſapientia librarii, cum meminiſſet, alias quoque abeſſe alterum artic., cf. 1, 17, 3. 2, 4, 14. e., quem tamen et tolerarat alibi, cf. 2, 5, 3. e. 2, 13, 8. e. y) προκειμ. Ox. mendoſe. z) Sic iterum Stp. rel., pro al. προύπ. cum leni, v. 2, 13, 21. e. a) Ms. Ba. et Ve. καταληψομένην λ. v. N.

nem ſunt i. q. in pr. τὰ στενὰ καὶ κρ., (unde Bg. recte hic τὸ δ. articulum per pron. dat, priora illa ſic in mentem revocaturus,) nec admittunt pro ὁδῶν coniecturam Leisn. in m. Ox. ὀρῶν, reſpiciente Stp. Th. 1, 637. E. e. huc ſine Vs. ſub „τὸ δ. ſubſtantive, adeundi ſ. tranſeundi difficultas“ ubi Noſter ſaltem ad analog. ſcribit in neutro pro ſubſt., cf. abſolute τὰ δύσβατα Xen. Cyr. ſed τὰ δυσβατώτατα τῶν ὀρῶν Diod. S. 2, 376. e. pro δυσβάτοις ὄρεσι ap. Dion. H. S. T. 1. 650, 3. cf. Ind. Luc. Caeterum, quod Ox. in N. hic dederunt „ἡ δὲ εἰσβολὴ αὕτη αἱ Κιλίκειοι πύλαι διὰ τὴν στενότητα οὕτω προσαγορεύονται. ἔνθεν γὰρ ὄρη ἀπότομα ἀνατείνει etc. Dion. l. 74.“ pertinent ſimul ad pr. illa τὰ στενὰ λ., quibus de *pylis Tauri* v. Cell. n. o. a. 1, 223. et in tab. ib. ad p. 2. meliusque in Koeler. tab. 26., ut ad ſq. §. de Tauro, praeter Cell. 1, 100., neque ibi memorem Noſtri, notaram olim, erudite egiſſe Abr. Ortelium in theſ. geograph., fortaſſis ex Reim. ad Dion. C. 1, 85.

μεταξὺ) P. libertatem deſerit iterum Bg., non noſcente Stp. Th. μετ. cum v. ſubſt. (cf. tamen Dem. 86, 16. et de alia notione Krbs. Decr. R. p. I. p. 223. m. cum L. N. T. et Obſ. p. 220. it. Herdt. cui add. 12, 79.) ſed ſed v. διακρ. hinc ſine numeris 2, 433. G. cum Bg. e P. tantumque e Noſtro, (qui et hic ſaltem ad analog. ſcribit,) et 2, 170. i. v. προσκ. hinc per librum pravum, ſub viciniori (quam Bg. e P.) *adiacere* „*populos* verſus *orientem* et *verſus* ſept. *ſitos* rel.“ cf. Ind. Geop. et Diod. S. 1, 165. l. 63. προκειμένας ἡλίῳ χώρας, *terris* ſoli *ſubiectis*, ubi forte leg. προσκειμ. e l. 71. τῆς (Λιβύης) πρὸς ἀνατολὰς κεκλιμένης, et ap. G. Th. cum Gr. n. „*gentes*, quae *mare* illud *adiacent* Nep. — Plin. *Indorum gens* non *Eoo* tantum *mari* adiacens, *verum et meridiano.*“

προκαταληψ.) perperam in Cod. legitur καταλ. Paulo inferius quoque adeſt προκαταλαβεῖν et c. 2. προκατειλημμένον. *Stroth.*

Quibus alia ex Ind. accedent, ſed ut ſufficiant dicta ad ſimilem gloſſam 2, 11, 15. e., ubi et de P. ſimplici, pro quo Bg. hic ſevere, etiam in reddendo particip. futuri poſt v. προυπ. per impf. coni. e Lat. conſecutione, cf. 1, 9, 20.

πόλιν τῶν ἐπὶ Θρᾴκης[b] *μεγίστην*[c] *τότε καὶ εὐδαίμονα, πλήθει τὲ*[d] *ἀνδρῶν καὶ χρημάτων*

ciae maximam tunc et fortunatam, multitudine hominum et opum florentem;

b) Θράκης ſine iota Bs. 2. al., cf. 2, 14, 12. et c) Ms. Ba. τότε μεγίστην καὶ εὐδ. v. N. d) Sic cum copula τὲ Ms. Ba. diſerte, ut edd. omnes, v. N.

Βυζάντιον) Deſcribitur hic Byzantium paulo diligentius, itaque nec nos abs re ſumus facturi, ſi hiſtoriae uberioris fontes indicemus. Addendum autem eſt ante omnia, quod ipſe Herodi. infra 3, 6, 18. ſq. de Byzantio amplius tradit, quomodo ſc. Severus eam urbem in vici formam redegerit, Perinthiisque in ſervitutem adiudicaverit. Utriusque rei latior illuſtratio, i. e. tam eorum, quae ad deſcriptionem urbis Byzantinae ſpectant, quam huius calamitatis et ſervitutis, peti poteſt ex Codini origin. Conſtantinop., ubi Annot. etiam conſulenda, ex Dion. in Severo (p. 1251. l. 50. ſqq.) Zonar. tom. 3. p. 7. ſq. Strabon. 7. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. 2, 804. Polyb. 4, (38. T. 1. p. 487. ubi p. 489. eſt quoque deſcriptio Ponti et Propontidis,) Suid. in voc. Byzant. et Sever., ex Steph. Grammat. voc. Byzant., ex Tac. 12. A. 62. ſq. Philoſtorg. 2, 9. cum Not. Gothofred., ex Zonar. ad Concil. Conſtantinop. Canon. 3. p. 70. ſq. Theodoro Balſamone ad eiusdem concil. canon. eundem, Nicephoro Gregora l. 5. c. 1. Georgio Logotheta Chron. Conſt. pr., add. etiam Dionyſ. Petavii Notas ad epiſt. Iuliani S. p. 326. (it. Polb. 4, 44. ſqq.) *Boecl.*

μεγίστην) Hoc τότε non ſine cauſa additur: infra enim c. 6. totam urbem dirutam atque in vici formam redactam eſſe, narratur. *Stroth.*

Ms. transpoſitum adv. τότε, ut ſupra alia, pertinet vel ad laevitatem maiorem, vel ad ordinem legitimum, quod neutrum Noſter ubique ſectatur, ſaepe in primis intra duo nomina ponens alias orationis partes, cf. 1, 16, 10., ſervante Bg. ordinem Gr., ſed P. removente adv. in membrum ſq. poſt χρημ. per libertatem ſuam, cf. 2, 13, 16. In ſqq. Bg. e P. tantum in omiſſo artic. τῶν, (ubi ſupplendum οὐσῶν,) it. in mutata formula e praep. cum ſubſt. ἐ. Θρ. in merum gen., non item in adi. εὐδ., cf. 2, 7, 15. de Antiochia, non huc ſpectante Cell. n. o. a. 1, 1075., ſed tamen in rem laudemque urbis conſpirante e Polb. „ſitum urbis εὐκαιρότατον καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν πάντων τῶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ, opportuniſſimum *et* ad *ſecuritatem* et *ad* felicem *rerum* adfluentiam, *ſi quis alius in noſtro orbe ſit*" quod adi. εὐδ. Noſter ſtatim explicat, ubi Ms. Bg. copulam τὲ non tenet, ſed fortaſſis ſcribae culpa, olim reſtituendam, cum et P. agnoſcat, deſertus a Bg. in ἀνδρ., prorſus ut Leisn. ſcripſit ad m. Ox., ſed fortaſſis e Bg. Vs. „ἄνδρες, homines" qua de notione, clara hic ex opp. χρ., ut ap. Hom. opp. θεοῖς, (quanquam ibi alia ex parte, ut hic de civibus,) cf. 1, 8, 2., tenente Stp. Th. 1, 275. D. aliunde rectionem v. ἀκμ. cum abl. rei, cf. Ind. Sb. Thuc. Rs. Or. V. 2. et Dion. C., e quo ſolo notaram olim „ἀκμ. — πλήθει, ἀρετῇ λ." ubi quidem cum Noſtri ſubſt., neſcio amplius, an de urbe, qua de et ap. G. Th., ſed cum ſyn. abl. ap. Iuſt. 43, 5, 4. *cum* Maſſilia *fama* rerum *geſtarum*, et *abundantia* opum, *et* virium *gloria* virente *floreret*, ubi eſt, aut pro ſimpl. habere, aut excellere, aut clarum eſſe celebremque, cf. Ind. Cort. Sall. et Plin. cum Tac. Ern. ſed ſimile quid brevius ap. Heliod. p. 121. m. τινὰ κώμην —, εὐδαίμονά τε καὶ πολυάνθρωπον ſ λ.

ἀκμάζουσαν. κειμένη [e] γὰρ ἐπὶ τῷ ϛενοτάτῳ τῆς Προποντίδος πορθμῷ, προσόδοις [f] ταῖς ἀπὸ θαλάττης [g], τελῶν τε καὶ ἀλείας [h] μεγάλως ὠφελεῖτο [i].

11. iacens enim apud anguſtiſſimum Propontidis fretum, ex reditibus maritimis et vectigalibus et piſcatione, magna emolumenta ca-

e) *Ms.* Ba. et Vl. κειμένην γὰρ λ. mendoſe, ut confuſa erant ει et ειν 2, 11, 18. e. 2, 12, 10. f) Ms. Ba. προσόδοις τῆς ἀπὸ θαλάσσης λ. vitioſo articulo, cf. 1, 12, 3. e., ut τοῖς in A. et Bss., cf. 2, 8, 18. 2, 10, 13. e., ſed inconſtanter in ſubſt. σσ pro ττ, cf. 2, 11, 16. e., ubi pro edd. σσ in Ms. ττ. g) *Hoc* comma in edd. omnibus, et tacite quoque in Mss., v. N. h) Una modo ed. Par. 2. variat in ſpiritu ἀλ., ut poſt ἀλ. comma tenent quaedam ed., ut A. cum Sb., v. N. i) Ms. Ba. ὠφελεῖται. v. N., ſed hic comma in Bs. 1., ut colon in Sb. al. cum Ms. Bg.

κειμεν. λ.) Hinc Ovid. Triſt. 1, 9, 30. vocat *Ponti fauces.* Tac. A. 12, 62. (63. i.) *namque* artiſſimo *inter Europam Aſiamque divortio* Byzantium *in extrema Europa poſuere* Graeci. *Leisn.*

Locum Ovid. reperias in Tr. 1, 10, 31. etſi etiam male e Tr. l. 1. el. XI. laudarat Cell. l. l. 1, 1075. ſ. 58. e. *quaque tenent* Ponti *Byzantia* litora *fauces*, qui dederat ſect. i. „ubi Boſporus Propontidi adhaeret, adpoſita eſt nobilis urbs Byzantium“ in tab. p. 1055., ut Koel. tab. 21., urbem ponens in ora Boſpori Thracici, quo de p. pr. e. „Herodt. eius latitudinem minimum habere dicit τέσσεραςς ςαδίους, quatuor *ſtadia*: aliis autem eſt latior“ ap. Hübn. in Lex. p. 508. e. „funfzehen *Meilen* lang *und* zwo *breit*“ ut Noſter hic cogitarit Boſporum illum, (i. fretum, *poſt* Propontidem ſitum, genitivo adeo τῆς Πρ. ſic adiuvando, aut per *prope*,) idemque, quod ap. Cell. l. l. ſ. 57. Arrian. ἐπὶ Βόσπορον τὸν Θράκιον, (cf. Suid. 3, 193. m. Προποντὶς, ἡ πρὸ τοῦ Πόντου θάλασσα, ἡ τῷ Βυζαντίῳ ἐπικειμένη,) ubi et ex eodem Arr. ſq. πόρθμος ὁ κατὰ — Βυζάντιον, pravo accentu, cf., praeter Stp. Th., quoque Suid. Heſ. Miſc. Obſ. A. V. 7. p. 167. Fi. Ind. Pal. cum Proluſ., Harl. Dem. p. Cor. p. 125. N. 94. cum Rs. Or. V. 9. p. 208. et ſenſu peculiari, de freto tantum Siculo, Rs. An. ad Gr. A. V. 1. Ind. et ad Dion. C. p. 453. it. ap. Dem. 119, 21. 125, 20. 26. 133, 21.

τελῶν) De vectigali Byzantino v. Hug. Grot. de iure b. et p. 2, 3, 14. cum annotatis noviſſimae editionis. *Boecl.*

Ibi N. Grot. modo ſic reſpicit huc „meminit Byzantini vectigalis Herodianus Severo l. 3. c. 1.“ ubi in textu etiam tantum fuit „*nec contra ius naturae aut gentium faciet, qui — vectigal aequum impoſuerit navigantibus, — quod in* ponto *Byzantini exigebant* διαγώγιον.“

ἀλείας) Etiam ἀλεία legitur ap. Ariſtot. (Oecon. 2. c. 2.) pro piſcatione, aut male poſitum pro ἁλιεία, aut certe retento iota, ut fit in ὑγεία pro ὑγιεία. Hoc enim mihi fit veroſimile, quia ap. Herodian. (ſine loco) itidem ἁλεία reperiatur. *Steph.* (Th. 1, 372. F. v. ἁλιεία, quae eiusdem repetuntur ad Poll. 7, 139. N. 24., ubi cum Bg. redditur vulg. hic vox, quam et retinet Stp. Th. 3, 1370. G. v. τελ. ſine Vs.) Pol. vertit e *piſcatu*, qua ſignificatione cum potius ἁλιείας ſcribatur, ἀλείας, ſi mendo caret, ſignificabit magis *e* negotiatione *ſalaria* ſ. *e ſalinis*. Sylb. (Ind., repetente Sch. ſine criſi, at Obſ. Miſc. A. V. 6. p. 339. „ἐκ τῆς ἀλείας, vox proba, *piſcatum* ſ. *piſcationem* ſignificat. — Quin etiam Sylburgio idem vocabulum im-

γῆν τε πολλὴν καὶ εὐδαίμονα 12. piebat: territoriumque

poſuit ap. Herodi. l. 3. c. 1. Non meminerat tum vir accuratiſſimus; quod alioquin ipſe, ſi quisquam, probe ſciebat, haud magis diſcrepare ἁλιείαν et ἁλείαν, quam ὑγιείαν et ὑγείαν etc.“) Non parva in anguſtiſſimo Propontidis freto, ex reditibus maritimis, nempe partim ex vectigalibus, partim ex piſcatu, magna emolumenta habebat. Primum Herodianus dicit, urbem magna habuiſſe emolumenta ex reditibus ſuis, poſtea addit, cuius generis fuerint illi reditus. Fuiſſe nempe dicit partim ex vectigalibus ſ. portoriis, partim ex piſcatione. Hinc Tac. A. 12, 62. (63.) *quippe* Byzantium *fertili* ſolo *fecundo* que *mari*; quia *vis* piſcium *innumera* pontum *erumpens*, *et obliquis ſubter undas ſaxis exterrita*, *omiſſo alterius litoris flexu*, *hos ad portus defertur*. *Unde* primo *quaeſtuoſi* et *opulenti* etc. Etiam Strabo VII. piſces, ait, praebere Byzantiis populoque Rom. inſignem reditum. Idem Ariſtoteles teſtatur Hiſtor. animal. 8, 12. et Plin. 9, 15. Vides, hoſce auctores non ſolum teſtes eſſe, quod Byzantini ex piſcatu magnos reditus habuerint, ſed et cauſam rei naturalem reddere. De *ſalinis* igitur hic non cogitandum, ſeu ἁλείας legas, ſ. ἁλιείας. Nam ἁλιεία et ἁλεία non magis diſcrepant, quam ὑγιεία et ὑγεία, ut obſervat auctor Miſc. Obſ. (l. l.) Byzantium piſcatu nobile exhibent etiam numi, qualis eſt ap. Haverc. in Numophylac. Chriſtinae p. 439. (*neſcio an idem*, qui ap. Beg. p. 487.) *Leisn.* (qui et in Ox. marg. ſcripſerat „O. M. VI. p. 339.“ et ſupra vulg. textum ſimul ἁλιείας.) Forte ἁλιείας. *Reisk.* Scribe ἁλιείας; nam certe de piſcatu ſermo eſt, non de ſalinis, quod Sb. putabat. *Stroth.*

Secundum priora nihil tentandum, (cf. D'Orv. ad Char. p. 405. m., ubi varia ſcriptura ἁλιεία, ἁλεία et ἁλία, ut de ὑγιεία et ὑγεία ad Luc. 1, 660. N. 97. it. 733. N. 30. ſed de utroque ad Moer. p. 380. N. 1. it. ad Thom. M. p. 32. N. 3.) et ſervabat vulg. Buleng. in Theſ. Gr. T. 8. p. 828. E. „Herod. l. 3. — reditibus *e* mari, *vectigalium* et *piſcationis*, plurimum *iuvabatur*“ quae Vs. (diligentior, quam Bg., deſerentis quanquam tum P., tum partim Sch. in *προ*. reditibus *ex* mari *lucrum accipere*, ὠφ. *fructum* percipiebat *magnum* ex *reditibus*, τελ. πρ. λ. ex *vectigalium* reditibus *magnum* lucrum *facere*“ et, praeter formulam e praep. cum ſubſt. mutatam in adiectivum, ſumentis aliam rectionem, ut pendeant omnia ex praep. Lat.) oſtendit, genitivos τελ. λ. non cohaerere cum pr. ἀπὸ, ſed potius cum ſubſt. προσοδ. (quod et innuerint editores quidam per comma poſt θαλ.) reditque ad ſenſum, a Leisn. propoſitum, ut reditus ceperit urbs, maritimos ſ. e mari quidem, duplices, tum portoriorum, tum piſcationis; unde ſimul addideris cauſam, cur de *ſalinis* non ſit h. l. cogitandum, quia modo agitur hic de reditibus e mari, ubi ſalinae non ſunt, ut contra de reditibus e terra, quo pertinent ſalinae, ſermo eſt demum in ſq. §. (nihil tenente Stp. Th. 2, 1179. D., quam πρ. cum gen. χρημάτων, cf. ap. Dem. 51, 22. 121, 12. 169, 6. ſine Ind., ubi modo alius gen., nec haec cum praep. Noſtri 819, 9. 824, 19. et cum ſyn. ἐκ 657, 19. ſq. 820, 6. 833, 8. cf. 100, 27. 386, 6. Thom. M. p. 752. cum N. et Suid.; nec habente Stp. Th. 2, 1565. A. m. ſq. paſſ. v. ὠφ. cum abl. rei, qui eſt aliquis ap. Rs. Or. Ind. V. 7. Ant., nec cum adv. quodam, quale nec reperi, ut forte Noſter ſic ſcripſerit per analog. tamen ſic quidem, quod pro adv. haberi poſſunt neutra adiectivorum pluralis numeri, in hoc v. ſolennia, cf. 2, 3, 21. ubi erat μέγα, (quocum hic per legitimum

κεκτημένη, ἐξ ἑκατέρων [k] τῶν ϛοιχείων πλεῖϛα ἐκέρδαινεν. ὅθεν τὴν [l], οὖσαν δυνατωτάτην, ὁ Νίγρος προκαταλαβεῖν ἠθέ-

amplum et fecundum poſſidens ex utroque elemento plurima
13. lucrabatur. Quare hanc ut potentiſſimam Niger praeoc-

k) Ms. Ba. ἐξ ἑκατέρου τῶν ϛοιχ. v. N. l) Hic nullibi comma erat, ſed poſt δυν. in A. cum Bs. 11 L. v. N.

adv. Noſter variarit,) ubi et e Xen. Mem. S. 3, 11, 3. dedimus v. ἀφ. cum ſyn. κερδαίνειν, quod et ipſum a Noſtro per variationem §. ſq. ponitur. Sed in Ms. re ac praeſ. pro impf. aut aor. 2. hic videtur eſſe lapſus ſcribae, cf. 1, 9, 1. med., etſi quoque P. cum Ms. facit, ut alibi.

γῆν τε) In τὲ P., ut 2, 14, 12. e., cuius gradum alium in utr. adi. negligit Bg., ad ſenſum tamen ex eodem reddens εὐδ., haud dubie quod Lat. ſeverum *felix* eodem ſenſu uſurpatur magis ap. poëtas; repetente Noſtro poſt §. 10. idem vocab. Gr. per ſimplicitatem veterem, quanquam alio hic ſenſu, quo illud Bg. non tenet Stp. Th. nec L. Ern., ut e Lat. forte duxerit Noſter, niſi huc trahas Xen. Ἀνβ. Z. Ind. cum ſubſt. *χώρα* ex 3, 5, 17. e. Ἀρμενίαν —, ἧς — πολλῆς καὶ εὐδαίμονος, et 5, 6, 25. Χεῤῥόνησον χώραν καλὴν καὶ εὐδαίμονα, ubi mox pro eo *χώρας πολλῆς καὶ ἀφθόνου*, quod Ind. diſerte „ager *fertilis*, fructibus abundans."

ἐξ ἑκατ. τ. ϛοιχ.) Terra nimirum et aqua. *Stroth.* Ms. res et forma, per ſe in diverſo caſu exquiſitior, tamen eſt modo a Gloſſatore, ſaepe tale quid ſubſtituente pro vulgari, quod, praeter Mss. rel., et P. tuetur, ſicut idem Gloſſator exquiſita talia neutra cum gen. ſubſt. mutat in eundem caſum, cf. 1, 13, 12. e., ubi Bg. e Sch. „*ex* utr. *el.* terra marique *lucrum facere*" qui ad ſenſum explet fere e Sb. Ind. „ſ. ἑκάτερα, de terra et mari" cf. D'Orv. Ch. p. 619. et Alb. Gl. N. T. p. 152. e.

ὅθεν τὴν) Leg. aut *ὅθεν αὐτὴν οὖσαν*, aut *ὅθεν τῶν ἐκεῖ οὖσαν κ. λ.* *Reisk.*

Cuius poſterior coniectura nimis longa eſt et remota a litteris vulg. lectionis, cui propior prima, ubi ſumas αυ abſorptum a pr. εν, cf. 2, 14, 6., in primis, quod articulus ſolus hic, ſequente membro per participium, pro pron. demonſtr. non ita commode, ut alibi, poni videatur, nec ſic ſine ſubſt. ap. alios Gr. occurrere, quale exemplum nec profertur a Fi. ad Well. p. 111. et 115. m., ubi modo τὸν καὶ τὸν, ut ad Vig. p. 6. a. e. cum τὸ καὶ τὸ, cf. p. 10. i. et 21. a. m. ut, quod Ind. Ael. V. h. v. τὸ habet „τὴν pro ταύτην 2, 25." pertinens haud dubie ad p. 132. τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, ſi vel maxime ſanus ſit locus, v. N., tamen non eſt ſic ſolum, ut hic, at potius ibid. 14, 38. e., qui ſunt veri numeri, non illi Ind. v. ὁ e., ubi et e 12, 1. p. 712. e. it. 12, 60., quae exempla, quanquam ſunt cum praemiſſa praep., fortaſſis tuentur vulg. hic lectionem, a Bg. ſeverius expreſſam, quam a P., tantum reſoluto participio in particulam ὡς ſ. ἅτε, cum Lat. Sch. ad δυν., quo uno Noſter videtur variare pro §. 10. e. phraſi πλήθει ἀνδρ. καὶ χρημ. ἀκμαζ., forte in δυν. de urbe per Lat. aliquam, cf. G. Th. 969, 81. 85. Sed Bg. in ſqq. rel. non tantum ſeveritate vincit P., ſed etiam ſic, quod, reſoluto particip. ἐλπ., oſtendit, μαλ. debere comma habere, (etſi in Ms. eius non repertum,) et cohaerere adhuc cum pr. v. ἤθελ.

λησε [m], καὶ μάλιστα, ἐλπίζων, δύνασθαι κωλύειν τὴν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐς τὴν Ἀσίαν κατὰ τὸν πορθμὸν διάβασιν. περιτετείχιστό τε γενναίῳ τὲ καὶ [n] μεγίστῳ ἡ πόλις τείχει, πεποιημένῳ μυλίτου [o] λίθου, εἰς τε-

cupari voluit: Ac praecipue
quod ſperaret ſe poſſe prohi-
bere ex Europa in Aſiam per
14. fretum tranſitum. Erat
etiam munita valido et ma-
ximo urbs muro, ſtructo
ex molari lapide quadra-

m) Ms. Bav. colon cum Ms. Bg. ſed poſt μαλ. et ἐλπ. nullibi, v. N. n) In Ms. Ba. γενναίῳ καὶ μεγίστῳ τείχει ἡ πόλις· πεποιημένη μυλίου λ., ſed in Ms. Vi. modo πεποιημένη μυλίῳ τοῦ λιθ., v. N. o) B. 2. μιλήτου, unde Par. cum Ox. Μιλήτου, ut e B. 1. L. μυλίτου manus alia in textu correxit μιλήτου, in marg. adſcribens μιλησίου, e Pol., at rel. edd. μυλίτου, pro quo Ed. Μυλίτου, v. N.

ἐλπίζων) Nam, ut Ovid. Triſt. 1, 9, 31. canit, *Hic locus eſt gemini ianua vaſta maris. Leisn.*

Immo 1, 10, 32. cf. ad §. 11., variante Noſtro in ſq. τὸν πορθμ. per brevitatem cum §. 11.

περιτετ. τε) Leg. aut γὲ, aut γάρ. *Reisk.* Quod extremum et P. oſtendit, quaſi habuerit δὲ, notione cauſae, quae ſaepe confuſa ſunt. Sed ſervat cum libris vulgatam Bg., quae ſeries per ſimplicem copulam procedit, maxime ſuppleta particula affirmandi, v. c. Lat. *ſane*, Gr. δὴ, qua confirmatur aliquid fere, ut per cauſalem aliquam. De formula v. περ. cum affini ſubſt. τειχ. cf. Stp. Th. aliunde, e Thuc. ſine Ind., quo neſcio, an reſpexerit Leisn., ſcribens ad m. Ox. „O. M. VII. 25.“ Sed in Ms. Ba. rebus prima de τὲ, omiſſo ante καὶ vicinum, ut alibi, v. c. 2, 7, 4. e., parva eſt, forſan orta e Gloſſatoris ſapientia, ne poſt τὲ proximum rediret eadem vox, libere agente quoque P. Sed altera in ſubſt. τειχ. tranſpoſito nec laeviorem orationem reddit, (modo fortaſſis tenens aliam ſapientiam Gloſſatoris in monſtranda rectione,) et conturbat Noſtri mentem, τείχει de induſtria poſtponentis, ut proxime cohaereat cum ſq. particip., pro cuius dativo nominativus Ms. peccat contra tum Noſtri conſilium, tum rei veritatem, quum hic de muro maxime quaeratur, et prius γενν. explicetur, ſed, quae deinde narrantur, non illa cadant in urbem totam, ſed in quaſdam ſaltem oppidi partes, aedes vel plateas, quas res tamen Niger cum Herodiano minus curabant, quam murum, quo et P. rexit illud particip., cf. 3, 2, 1. e.

μυλίτου λ.) Pol. (*Mileſio* quadrato *lapide*) legiſſe videtur Μιλήτου, aut legendum putaviſſe. *Steph.* (ad m. P., ſed in Th. 2, 988. F. „μυλίτης λίθος ſ. μυλίας, molaris *lapis*, ex quo fiunt molae. Ap. Herodi. l. 3. Pol. pro μυλίτου λ. habet *Mileſio lap.*, legens videlicet, non Μιλήτου, ut quidam annotant, ſed Μιλησίου. Neque enim *Mileſius* lapis dici poteſt Μίλητος λίθος.“ *Irm.*) Brodaeus Miſc. l. 6. c. 11. ex Galeno interpretatur *molari*, i. e., e quo molas conficere ſolent. Suidas in Βυζάντιον dativo caſu habet μυλίτῃ λίθῳ. (1, 460. i. τὸ Βυζ. ἐπὶ Σεβήρου — τετείχιστο γενναίῳ τείχει, πεποιημένῳ μυλίτῃ λίθῳ, ἐς τετρ. εἰργασμένῳ, ad quem Kuſterus e Xiph., unde hauſiſſe putat, Suidam corrigit in πεποιημένῳ μυλίτου λίθου, ἐς τετρ. εἰργασμένου.) E qua citatione hoc etiam cognoſcitur, vulgatam

τράγωνον εἰργασμένου[p], *τοσαύ-* to, tam arcta iunctura et

p) Pro Stp. r. l. colo hic, potius eſt A. et Bss. comma cum Ms. Bg.

ſcripturam probam eſſe, nec cum Pol. intelligendum *lapidem Mileſium*, ſed cum Brod. *lap.* molarem. *Sylb.* (Qui et in Ind. Gr. retinet vulgatam, vertens *molari lap.*, et in Lat. Ind. v. „*molari* lapide quadrato ſtructum Byzantium" ut Budaei ſunt in Grut. Lamp. T. 2. p. 556. „qui a Gr. *μυλίας* et *μυλίτης λίθος* dicitur, hunc *molarem lapidem* vocant Latini. Strabo — *καὶ πετρώδης καὶ μυλίου λίθου εὐποροῦσα.* Qui, quia durus admodum eſt, ad turres moeniaque conſtruenda utiliſſimus cenſetur. Procopius lib. *περὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων β.*, *τὸν πεπονθότα πύργον ἀνῳκοδομήσατο μυλίᾳ* (non *μυλίῳ*) *λίθῳ καὶ φύσει σκληρῷ.* Idem paullo ſupra *μυλίτην* vocat. Herodi. l. 3. *περιτ. τε γεν.* (*τὲ*) *καὶ μεγ. ἢ π. τ.*, *πεποιημένῳ ἐκ* (ſic memoriter addita praepoſitione) *μυλίτου λίθου*, ubi Pol. *Mileſium lap.* perperam vertit, cuius errorem ſecuti ſunt Procopii interpretes. Galen. lib. *θερ. μεθ. ἰδ. ὀνομάζουσι δὲ τὸν μυλίτην λίθον, ἐξ οὗ τὰς μύλας, ἐφ' ὧν ἀλοῦσι, κατασκευάζουσιν.* Contra Servius in 8 Aen. (v. 250.) *molaribus*, aſperrimis ſaxis, (vel grandibus, cf. Heyn. et Inttp. ad N. T. Matth. 18, 6.) non, unde molae fiunt." *Irm.*) Lege *μυλίτου.* Mileſiae quidem lanae, Mileſia ſtragula, et chlanides etiam Mileſiae ap. veteres in laude ſunt: ſed a quo celebrati unquam fuere lapides Mileſii? v. Spanh. ad Ariſt. Ran. v. 549. (ubi modo de Mileſiis rebus illis prioribus.) Lapidis molaris uſus, praeterquam quod in molendinis, etiam alibi, v. c. in limitibus ponendis, v. Iul. Frontin. de Coloniis p. 133. Procopius Gothic. 1. ſcribit, *τὸν λίθον ἅπαντα τῆς Ἀππίας ὁδοῦ μυλίτην εἶναι.* Ergo lapis molaris uſus etiam in viis muniendis. Politiani ergo Vs. improbanda. Improbat eam Berglerus h. l. in Vs. ſua, improbat Kuhn. ad Pauſan. IV, 31. Poſtrema verba *εἰς τετρ. εἰργ.* videntur adiecta, quia de *μυλίτου λ.* praeceſſit, (et quia de muro hic agitur, ubi haec figura ſolennis, cum alibi, ut in molis, etiam alia valeat.) *Leisn.* E lectione vulgari *μιλήτου* faciebam aliquando *τμητοῦ*, *caeſo* ſaxo. *Reisk.* Aperte falſa eſt Politiani lectio *Μιλήτου.* Caeterum frequentiſſime omittere ſolet Herodianus praep. *ἐξ*, ut praeter hunc locum ſupra *τελῶν τε καὶ ἀλιείας ὠφελεῖτο*, et mox infra *ἑνὸς δὲ λ. πᾶν πεπ.* et c. 9. *σκεύη κεράμου πεποιημένα. Stroth.*

Ad ſuſtinendam lect. *μυλίτου* non igitur opus eſt aliis argumentis, praeter allata; ut Ms. Ba. lectio eſt e gloſſa, ſed Ms. Vi. e vitiato illius vocabulo et confuſis *ου* et *ω*, ſervataque finitione vulgati ſubſt., quod et Ms. Ve. tacite conſervat, ubi ſapientia ſcribae circumflexum addidit, ut articuli ſpeciem acciperet; cf. ante e Procop. et Weſſ. ad Diod. S. 20, 36. N. 94., ubi laud. Lipſ. de magn. Rom. 3, 10. T. 3. p. 154. i. habet quaedam, huc apta, de Appia via e Procopii Verſ. „*Appius ex alia regione exciſos lapides, et hos quidem ſiliceos, ac ſuopte ingenio duriſſimos, in hanc viam vehendos curavit. Quos planos deinde ac laeves redditos, et quadratos inciſione factos, iunxit et in ordine locavit, metalli nihil vel alterius rei inſerendo. Sunt tamen ita connexi, et valide inter ſe haerent, ut ſpeciem viſentibus praebeant, non coniunctos ita, ſed congenitos eſſe*" qui idem in Poliorc. 3, 5. T. 3. p. 145. e., agens de murorum firmitate, noſtroque loco uſus, habet e P. Vs. *murus* Mileſio *quadrato* lapide *exſtructus* rel., verbis Noſtri Gr. nec allatis, nec forſan inſpectis, ubi Bg. formulam *εἰς τετρ.* mutat in ſolum adi., ad prius ſubſt. *λιθ.* accommodatum, e

τῇ τε συναφείᾳ καὶ κολλήσει, coagmentatione, ut nemini ὡς μηδένα οἴεσθαι τὸ ἔργον videretur opus compoſitum, σύνθετον, ἑνὸς δὲ λίθου πᾶν ſed ex uno lapide totum πεποιῆσθαι. ἔτι γοῦν καὶ νῦν factum. Sane adhuc τὰ μένοντα αὐτοῦ [q] ἐρείπια καὶ hodie durantia rudera et re-

q) Hoc pron. in Ms. Ba. deeſt. *Mart.* etiam in Ms. V. v. N.

P. cum Sch. partim „τετρ. lapide, ad quadrangulam ſpeciem elaborato, (ſuppleto ſubſt. σχῆμα, quo augeri poteſt L. Boſ. p. 215. e.) εἰργ. *elab. lap.* ad *quadratum*“ quorum modo P. genus loquendi eſt ap. G. Th. in *quadr.* 6, p. ſed p. ſq. l. 3. in *quadratum* pedem *ſerantur*, et l. 29. ſaxo *munitus eſt* initio *in* ſpeciem *quadratam*, huc reſpiciente Poſſ. Sy. p. 107. e. ſic „τεῖχος πεποιημένον μυλίτου λ., εἰς τ. εἰργ., τοσαύτῃ δὲ (ſic pro τε memoriter) σ. — πεποιῆσθαι, *moenia* facta *ex* molari *lapide*, in *quadrum* (quae et ipſa formula hic a Bg. adhiberi poterat e Cic., v. G. Th. *quadrus* 8, 102. et ult.) elaborato, *tam* (omiſſa copula omni) contigua *junctura* et *conglutinatione*, ut *non* compoſitum *opus*, ſed *ex* uno *lapide* conſtare *putaretur*“ in regulam de verbis cum gen. *materiae*, non tacta ellipſi diſerte ἐκ ſ. ἀπὸ, qua de cf. ſupra ad 2, 9, 8. Caeterum ad m. Par. 2. Μιλήτου Ern. ſignarat „al. μυλίτου, quod probat Caryophilus de Marm. p. 27.“

τοσαύτῃ) Hinc Pauſan. Meſſen. 31. Byzantium inter urbes muris munitiſſimas refert. *Leisn.*

Conſentit et Dio 1251, 63. τὰ τείχη καρτερώτατα εἶχον· ὅ τε γὰρ θώραξ αὐτῶν λίθοις τετραπέδοις παχέσι συνῳκοδόμητο, πλαξὶ χαλκαῖς συνδούμενος λ., quibus et alia de muris et munitione iſtius urbis addit, cf. p. 1255., ubi fatetur, ſe muros eos ipſum vidiſſe. Hic vero ut liberrimus eſt P., ita Bg. ſine neceſſitate cum Poſſ. in N. pr. omittit copulam τε, poſitam pro καὶ ſenſu explicandi et magis definiendi, pro Lat. *et quidem* ſ. *idque*, quo de alibi; huc ſpectante Stp. Th. tantum in κολλ. 2, 306. e. cum varietate ex memoria in εἰς τετ. εἰργασμένον λ. „tam *exactis* juncturis *et* glutinamentis *compactum*“ ut Sch. „*glutinatione*, junctura“ quod poſtr. ſolum poſuerat P. de more libero in ſubſt. Noſtri duobus, haud dubie per copiam ſyn. junctis, cf. Ind. Gs. Chr.

ἑνὸς δὲ) Ita Dio ὥστε καὶ ἓν τεῖχος παχὺ εἶναι δοκεῖν. Tali etiam artificio exſtruebantur, ut ſonus in aliqua turre excitatus, per omnes redderetur: quod etiam de Pictico muro, a Severo hic in Britannia conſtructo, perhibetur. *Oxon.*

ἔτι γ.) Modo in adv. νῦν Stp. Th. 2, 1678. C. e. novit inverſam formulam καὶ νῦν ἔτι e Thuc., quae, praeter Ind. Diod. S., ſunt et ap. Xen. Cyr. 1, 3, 2. et 2, 4, 20. e. ſed interiecta voce aliqua 1, 4, 27. καὶ γὰρ νῦν ἔ. it. ἢ καὶ νῦν χρώμεθα ἔτι 1, 6, 33. et καὶ νῦν δὲ ἔτι 1, 2, 16. i. ubi mox variandi cauſa ἔτι καὶ νῦν continuo, (it. 1, 1, 4. 1, 2, 1. 8, 4, 5. e. it. in M. S. 4, 8, 11. it. Rs. Or. Ind. V. 4. et ſine Ind. Dem. 1416, 8. Iſ. Pan. Mor. c. 6. e. it. Hom. Ἰλ. ά, 455., at εἰσέτι καὶ νῦν Call. Di. v. 77.) quod Noſter divellit una vocula etiam, ubi Latt. Interp. libere verſantur, pro *adhuc* etiam *nunc*, ſ. *etiam* adhuc *nunc*, ad Vern. rationem, cf. 1, 16, 5. i. καὶ μέχρι νῦν, ducente Bg. Lat. ſuum ad v. μεν. e Sch. „durantes *adhuc* eius *ruinas*“ ignotum Stp. Th., ſed commodum noſtratibus, ubi gem

λείψανα ἰδόντι[r] θαυμάζειν ἐστὶ καὶ τὴν τέχνην τῶν τὴν ἀρχὴν κατασκευασάντων, καὶ τὴν ἀλκὴν[ſ] τῶν ὕστερον καθῃρηκότων. ὁ μὲν δὴ Νίγρος οὕτως 16.

liquias intuenti admirari licet et artificium eorum, qui primi extruxerunt, et horum vires, qui poſtea deſtruxerunt. Ad hunc igitur

r) Comma hic B. 1. et al. recte omittunt, additum a Stp. et al., etiam in Mss. tacite, quia arcte ἰδ. cohaeret cum ſq. v. ἐστί. ſ) Pro τὴν ἀλκὴν omnes edd., et tacite quoque tres Mss., habebant τὴν ἀρχὴν v. N.

pron. αὐτ. refertur minus ad proximum ſubſt. τὸ ἔργ., quam ad remotius τειχ., cf. 2, 5. 7., quem gen. Mss. omittunt, fortaſſis ob mutatum pr. particip. πεποιημ., ſed Bg. ſine cauſa, olim reſtituendum, cum et P. oſtendat pronomen, quanquam alius caſus. In ſq. iterum Noſter copulat per ſyn. copiam ἐρ. καὶ λ., cum et ἐρ. vertant per Lat. *reliquias*, cf. Stp. Th. aliunde, Zoſ. 3, 18, 5. m. Soph. Ai. v. 308. Abr. ad Aeſch. 1, 332. e. Eur. Hel. v. 1086. et Aug. v. 3. cum Ind. Polb. Luc. et Dion. C. it. Poll. 16, 10. et Suid. 1, 853. m. 855. m., modo ut λειψ. ſit nomen generis, ſed ἐρ. formae ac peculiare de aedificiis.

καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν ὑσ.) Pro poſteriore ἀρχὴν aptius cum Pol. legemus ἀκμὴν vel ἰσχὺν, *robur*, vires. *Sylb.* Berglerus cum P. legit τὴν ἀλκὴν, quam lectionem et Kuhn. probat ad Pauſ. l. IV. c. 31. p. 357. *Leisn.* Malim ἀλκήν. *Reisk.* Lege τὴν ἀρετὴν, niſi magis placet Sylburgii ἀκμ. ſ. ἰσχ. Politianus *horum vires*; quod aeque pro noſtra ac pro Sylburgiana coniectura pugnat. Quicquid ſit, certe recepta lectio utpote inepta ferri nequit. *Stroth.* Iteratum iſtud ἀρχὴν ſine ulla controverſia ſpurium eſt, et ex priori natum. Lego ἀκμήν. Politianus quoque habet *vires*, quem ſenſum, neceſſarium utique, voci ἀρχῇ non facile extorſeris. Scripſeram haec, quum ex Strothii V. C. Progr., qui ἀρετὴν, quod eodem redit, legi vult, diſcerem, iam Sylburgium emendaſſe ἀκμὴν aut ἰσχύν. *Gedik.*

Tacentibus Mss., cum locus ſane non ſit ſanus, coniecturae et emendationes quaeri debent, quae ſint proximae ad lectionis vulgatae litteras, quod tum eſt in Stroth., (cum vox ſit longior quidem una ſyllaba ἀρετὴν, ſi minutis elementis ſic ſcribatur, ſed in maiuſculis ετ convenire confundique poſſint cum uno χ, et alibi quoque putetur confuſio incidiſſe in his duabus vocibus, cf. Thuc. 289, 12. et Bauer. Or. p. 151. N. 2. cum Ind.) tum in Sb. ἀκμὴν, (quod et ipſum confuſum cum ἀρχὴν, v. Bg. ad Alc. p. 396. l. 6., tamen non ſic phyſice, ut hic opus, videtur uſurpari, cf. Dion. H. S. T. 1. 3, 4.) tum denique in Kuhn., quod praetulimus, ut abhorrens uno tantum elemento (in λ, dum χ et κ in maiuſculis ſimilia) a vulgato, quod ſcribae quondam exciderit invito e priori eadem voce, cum nimia ſtultitia cogitanda ſit, ſi quis librarius de induſtria ita repetere potuerit, ut nimia religio fuit editorum in non ſublato mendo, quod vel luſum et concinnitatem Noſtri perimit, ubi prae P. diligentior eſt Bg. ad v. καθ., paronomaſiam adeo conſecutus, at ex eodem in τὴν ἀρχ. liberior, ſenſum exprimendo et ſubſtantivum ellipticum pro adv. per adi., cum vicinius ſit *initio*, quod diſerte Sb. Ind. hinc poſuit, quo de adverbiali, proque Lat. libero *quondam*, v. Abr. Dl. Thuc. p. 714. e. Stp.

ἐξήρτυε τὰ καθ' ἑαυτὸν, προμηθέστατα καὶ ἀσφαλέστατα, ὡς ᾤετο.

Ὁ δὲ Σεβῆρος [t], ὡς ἔνι μάλιστα, σὺν τῇ στρατιᾷ ἠπείγετο, μηδὲν [u] ῥαθυμίᾳ, μηδ' ἀναπαύλῃ νέμων. μαθὼν δὲ τὸ

modum Niger parabat ſuas res, provide admodum et caute, ut putabat.

Severus autem quantum maxime poterat cum exercitu feſtinabat, nullam deſidiae aut quieti locum relinquens. Co-

t) Hic et poſt μαλ. abſunt commata in Stp. rel., ut in Ms. Ba. u) Ms. Ba. μὴ δὲ ῥαθυμίᾳ μὴ δὲ ἀναπαύλῃ μένων, quod extr. particip. tenet quoque Ms. Vi., v. N., ut de ῥαθ. ſic cum iota in Lugd. ſola v. 2, 12, 4. e. ſed μηδ' A. aut μήδ' al. 1, 10, 8. e. etc.

Th. 1, 551. i. ad Luc. 2, 73. N. 65. cum Ind., praeterque Ind. plures, nominatim Herdt., et eodem ſenſu plur. τὰς ἀρχὰς Polb., ut formulam ἐν ἀρχῇ Palaeph., pro qua variet hic Noſter cum 1, 5, 26. Caeterum Sch. in „καθ. *demolitorum* murum" addito ſubſt. reſpexit omiſſum pron. αὐτὸ, τὸ τεῖχος, quod et in pr. v. κατ. a Noſtro oppreſſum. Caeterum huc per Vs. P. ſpectat Olearius in epiſtolari libello ſuper numo L. Sept. Severi, ubi Mars eſt cum ſcalis, p. 10. i.

ἐξηρτ. τὰ καθ' ἑ.) Color eſt e Thuc. p. 434. i. τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐξηρτύοντο ἐς τὸν πόλεμον, *res* ſuas *ad* bellum *apparabant*, ubi in N. huc reſpicitur ſine Vs., etiam ap. Stp. Th. 1, 575. E. e. cum Bud. C. 471, 33. per vitioſum οὕτως, pro vulg. adv., quod facit, ut melius poſt ἑαυτ. comma fiat, in quibusdam edd. neglectum, et ſqq. adverbia per ſe ſumantur, quo et tendit P. addito iterum libere adv. *ſcilicet*, in quibus adv. Bg. ab illo diſcedit, etiam Sch. „*providentiſſime, — tutiſſime*" quorum primum Cic. tenet quoque Stp. Th. 2, 1629. E. cum Lat. P. hinc ſine numeris.

ὡς ἔνι μ.) Bg. e P. (cf. 2, 11, 1.) etiam in ſq. formula μηδ. ῥ. νεμ., (ad quam notarat Stroth. „Latiniſmum ſapit, ut multa *alia*" ut Leisn. ad m. Ox. „Latiniſmus") per quam variatur cum 2, 11, 2. μήτε διδοὺς καιρὸν ἀναπαύλης, ubi et Lat. habent *nihil — tribuens*, quod nec Stp. recordabatur in Th. 2, 1017. H., huc ſpectans varia cum Vs., partim e Bud. C. 1023, 37., cf. Valck. Eur. Hipp. p. 306. 1. E. cum Diatr. p. 77. e., nihil me tenente ad ipſam phraſin, ex analog. ſaltem a Noſtro factam, et, praeter illa ad 2, 11, 2. e G. Th., tantum adhuc ex Ind. Iuſt. v. dare *aliquot* dies *otio*, ubi, tropo remoto, manet notio verbi pro concedere, permittere, (*verſtatten*,) ut ad Gr. μηδὲν quoque temporis aliquod ſubſt. expleas, μέρος τοῦ χρόνου, unde redeas ad prius illud e 2, 11, 2., cum hic non valeat formula eo ſenſu, quo alibi, v. c. *dare* ſ. *tribuere* aliquid *officio*, timori, *ſpei*, v. Ind. Corn. N. v. *trib.*, niſi tum ſubſtituas Lat. *parere* ſ. *obſequi*, it. *indulgere*, unde deinde alius tropus erit per Lat. *uti*, it. *adhibere*. Sed Mss. res in v. μένων apertum eſt mendum, ut ſcriptura illa vetus in diviſa negativa, qua de 2, 14, 11. et 1, 4, 17., ab h. l. aliena, maxime in primo membro, ubi μηδὲ non ſolum eſſe poteſt cum v. νεμ., ſed ſimul τὶ requiritur, ut denique ſecundum μηδὲ plenum effertur, ut alias, cf. 1, 12, 13. m. it. 2, 1, 4.

μαθὼν) Bg. e P., ut 1, 10, 6., it. in ſq. ὀχ. τετ., mutato adv. cum

Βυζάντιον προκατειλημμένον, καὶ εἰδὼς ὀχυρώτατα τετειχισμένον, ἐπὶ Κύζικον τὸν στρατὸν ἐκέλευσε διαβαίνειν. ὁ δὲ τῆς[x] Ἀσίας ἡγούμενος Αἰμιλιανὸς[y], ᾧ τὴν πρόνοιαν καὶ στρατηγίαν ὁ Νίγρος ἐγκεχειρίκει[z], μαθὼν[a], ἐπιόντα τὸν τοῦ[b] Σεβήρου στρατὸν, τὴν ἐπὶ Κύζικον καὶ αὐτὸς ἐτράπετο[c], ἄγων τε στρατιὰν πᾶσαν, ἣν αὐτὸς συνείλεκτο[d], καὶ ἣν[e]

gnito autem, praeoccupatum esse Byzantium, ac ſciens, eſſe munitiſſimam urbem, ad Cyzi-
2. cum exercitum iuſſit tranſire. Sed qui Aſiae praeerat Aemilianus, cui omnem curam et imperium militare Niger commiſerat, cum intellexiſſet accedere Severi exercitum, verſus Cyzicum et ipſe convertit, ducens omnes copias, et quas ipſe

x) Articulum male omittit B. 1. R., cum reliqui habeant libri. y) Αἰμ. ſic cum aſpero in A. cum B. 2. R. z) ἐγκεχειρήκει A. al., ſed adhuc vitioſius B. 2. R. κεχειρήκει. a) *Ms. Ba. μαθόντα ἐπιόντα λ. v. N.* b) *Hunc* τοῦ alterum artic. omiſerunt A. al., operarum potius culpa, quam ob §. ſq. ſimilem formam in τὸ Σεβ. στ., cum Mſs. in vulgata tacite conſentiant. c) Colon in Ms. Ba. d) *Mſs. tres* συνέλεξε *λ. v. N.* e) Ms. Ba. ἣν, ut ed. Par. in primo ἦν.

verbo in adi., aſſumto ſubſt. πόλιν, pro quo ſeverius Sch. in „ὀχ. validiſſime *munita* urbs“ quod Lat. in v. τειχ. aliunde novit Stp. Th. 3, 1358. E., cf. Ind. Xen. 'Ανβ. Z., non me tenente aliunde Noſtri formulam totam, in ſimplici v. hic forte variantis cum compoſ. 3, 1, 14. i.

ὁ δὲ τῆς 'Ασ. ἡγ.) Bg. deſerit P. et ſe ipſe 3, 1, 3. 1, 10, 5. m., in στρατ. reſpiciente huc Stp. Th. 3, 1067. B. et ſine Vs., ubi Bg. recte dedit ſenſum circuitione, et ſic pr. ſubſt. τὴν προν. reſtringitur ad ſolam curam rerum provinciae extra bellum, ſ. *ad iurisdictionem*, quae adeo cum altera parte regendae provinciae, imperium puta, (ſic enim ſimpliciter dicebatur, quod Bg. plene effert,) eo tempore adhuc ſalva fuit. Sed Bg., fere e P., ad προν. extrinſecus adſumſit adi. πᾶσαν, ſine neceſſitate. Mox Ms. μαθόντα pravum eſt, ſive ortum e ſq. finitione inter ſcribendum ſtatim, ſive ex μαθών τε, quaſi cohaereret ſq. ἄγων τὲ, non variante Noſtro cum §. pr. m.

τὴν ἐπὶ Κυζ.) Hic poſt articulum τὴν ſubaudi ὁδὸν, ſed 3, 9, 3. ἐπὶ τὴν 'Ατρηνῶν poſt eundem articulum ſubaudi χώραν, v. Hoog. ad Vig. p. 1. ſq. *Leisn.*

Ibi N. 2. et p. 45. i. Bud. C. 1360, 15. ſqq. et L. Boſ. Ell. p. 228. e., ut et Sch. in ὁ „elliptice τὴν ἐ. K. ſubaud. ὁδὸν, *via* ad *Cyzicum*, — τὴν 'Ατρ. ſub. χώραν, Atrenorum *regionem*“ pro quo Bg., fere e P., modo reddit ἐπ. K., tandem eodem rediens. Sed Leiſn. porro ad m. Ox. „Lucian. dial. p. 7. Xen. Mem. S. 2, 1, 23.“ quorum poſtremum modo reperi, pertinens ad phraſin ὁδὸν τρεπ., ubi Sch., praeter P. „ingreſſus eſt *viam* ad *Cyzicum*“ ſed Bg. ſuum Lat. per ellipſin pron. *ſe* adhibuerit, cf. G. Th. Mox copulam τὲ, capiendam, ut 3, 1, 14. m., Bg. transfert, fere e P., ad ſq. membrum, pro καὶ ἣν λ.

συνείλεκτο) Perperam in Cod. συνέλεξε. *Stroth.* Gloſſema eſt, oſtenſu-

ὁ Νίγρος ἐπεπόμφει. ὡς δὲ συνέβαλεν[f] ἑκατέρωθεν τὰ στρατεύματα, μάχαι καρτεραὶ γίνονται κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία[g], καὶ κρατεῖ τὸ Σεβήρου στράτευμα[h]· Φυγή τε πολλὴ[i] καὶ τρο-

3. collegerat, et quas Niger mi-
De formula quidem τελ. ἐπιθ. non dubitatio eſt, ſive dicatur proprie, ſive tropice, ut ſupra cum ſubſt. βίῳ 2, 5, 9. et hic cum ſubſt. duobus aliis, per analog., ubi eſt pro finire, abſolvere, et declarare benevolentiam ultimam ſummamque, cf. Stp. Th. 3, 1370. A. 1497. A. e Bud. C. 708, 26. ſqq. ubi et phraſis P. et privum v. Lat. Bg. *addere* aliunde, it. Dem. Ind. v. τελ., quae dicuntur aeque recte, ac G. Th. *finem* imponere *bello*, it. *curis*, rel. et *finire* — dolorem — *ſitim*, ubi nihil in Bg. formulam. Sed de epitheto hic γενν. cum ſubſt. τελ. quaeri poteſt, an conveniat, et ſit de tropice ſumto τελ. dicendum, cum non dicatur de eodem, proprie adhibito; quae lex ponitur in uſu metaphorarum ap. rhetores, cf. Ern. In. §. 321., ubi tamen cum huic legi non nimis adſtringit *poëtas*, id valet quoque de *oratoribus*, quibus, cum exardeſcunt ingenii calore, aeque non licet expendere omnia ſevere; ut hic

„σία, ἣν πρός με ἐπεδείξω [o]; „ἐμοί τε, ἀμείψασθαί σε „κατ' ἀξίαν [p]; καὶ τὴν προσ- „ήκουσαν χάριν ἀποδοῦναι. „πρόκειται δέ σοι αἵρεσις, ἢ „τοῦ εἶναι, ὅ περ ἐμὲ νῦν ὁρᾷς „ὄντα, καὶ τήνδε τὴν ἐξουσίαν „παραλαβεῖν, διαδεξάμενόν [q]

volentiae et obſequio, quod erga me oſtendiſti; mihique te remunerandi pro merito dignamque gratiam referendi. 11. *Datur autem tibi optio, ut aut ſis, quod me nunc cernis eſſe, et hanc potentiam ſuſcipias ſuccedendo mihi,*

o) Ms. Ba. ὑπεδ. v. N. p) Ms. Ba. κατάξίαν λ. ut 2, 3, 15. m., ſed contra ib. §. 23. m. et 2, 9, 10. e. q) Ms. Ba. διαδεξάμενός με λ. v. N.

in fervore Herodianus cum ſuo oratore abierit quoque ad metaphoram non iuſtiſſimam; reddente Bg. γενν., ut 2, 10, 11., hauddubie pro excelſo ſ. generoſo, generoſum excelſumque animum decente ac prodente, cuius partem modo reſpexerit Leisn. in ſuo Lat., pro fortis, ap. Th. G. cum Gr. n., etiam in ſq. Bg. *obſequ.* una cum θεραπεία, pro quo §. 2. e. it. θρησκεία §. 8. variari poteſt, quo et tendit P., ignorante utraque Lat. Stp. Th.

ἐπεδείξω) In lectione Ms. nihil eſt, quam error in vocali et praep., cf. 2, 12, 2. e. 2, 5, 13., ne uſurpante Noſtro quidem illud ὑποδεικν., quanquam aliis ſcriptoribus, ſed modo in act., cf. Ind. Xen. Bach. Luc. Diod. S. Dion. H. S. T. 1. cum Suid., ſed in Noſtri formulam 1, 9, 1., qui ad analog. in ſq. ἀμ. λ. it. in προσηκ. cum χαρ., in quibus Bg. partim cum P., praeterquam in προσηκ. ubi id Bg. ignorat Stp. Th.

πρόκειται) Omittit P. iterum δὲ, liberior idem in ſqq., unde Bg. in προκ., ut clam Stp. Th. 2, 169. Bg. ſed Poſſ. Calſ. p. 613. m. „πρ. σ. αἱρ. *proponitur* tibi *optio*, Herodi.“ quod Lat. proprie exprimit aliam formulam Luc. 2, 196. l. 9. εἰ αἵρεσίς μοι προτεθείη, *optione* (mihi) *propoſita*, it. p. 710. l. 44., ſcribente Noſtro ad analog. in v. πρ. cum ſuo ſubſt., cf. in πρ. L. N. T. cum Obſ. L. Boſ. p. 254. Krb. Loesn. Kypk. T. 2., ſicut Bg. alia quoque formula eſt Gr. illa αἵρεσιν διδόναι et ſyn. v., cf. Stp. Th. Poſſ. l. l. p. 593. e. Soph. Ai. cum Schol., Lyco. Thuc. ex 374, 24. Xen. Cyr. Ind. Fi. Aeſch. et Dem., cui add. 599, 7. 626, 17. 712, 9. 729, 1. etc., it. cum v. ἐπὶ 91, 22. 400, 9. 608, 4. it. cum v. ἔχειν 283, 13. ut cum v. ποιεῖσθαι Luc. Mox in ὅ περ P. mutat genus neutr. in maſc., ſine neceſſitate, cf. Hor. ep. 1, 17. *tu recte vivis, ſi* curas *eſſe*, quod *audis*, liber etiam in ſq. membro, non item Sch. „π. ſuſcipere *potent.* διαδ. me *conſecutum* in imperio „pro quo Bg. melius per gerund., tenente Stp. Th. v. διαδ. cum acc. perſ. aliunde, cf. Ind. Luc. Diod. S., ſed cum acc. rei Polb., ut cum dat. perſ. Xen. Cyr. et Ἀνβ., ubi Ms. nominativus magis fuerit e lapſu ſolenni in ς et ν, cf. §. 9. e., quam e librarii ingenio, non ferentis duplicem acc., aut cogitantis de nominativo cum inf. Tum Ms. ſcriptura in ſubſt. ἀχειθ., allata una cum noſtra ab Ind. Sb. e Xiph., ſed ſola in L. Ern. it. Ind. Dion. H. S. T. 1., probatur tantum a Stp. Th., reiecta altera per ſimpl. vocalem, quae, poſita in Ind. Gs. Chr., tamen fefellit, cum ap. Xen. M. S. 3, 5, 5. ſine Ind. edatur per duplicem, ut quoque ap. Gs. in textu ipſo; ad analog. ſcriben-

„με, ἢ τεθνάναι [r] αὐτίκα, ἀ-
„πειθίας [ſ] ὑποσχόντα τιμω-
„ρίαν. μηδέ σε [t] τοῦ ἔργου τὸ
„μέγεθος ἐκπληττέτω, μηδὲ
„τὸ τῶν βασιλέων ὄνομα τα-
„ραττέτω. εἰσιέναι τὲ γὰρ μέ-
„χρι τοῦ δωματίου, ἔνθα ἀνα-
„παύονται, δύνασαι μόνος [u],
„ἅτε τὴν νυκτερινὴν φρουρὰν
„ἐκ περιόδου ἐγκεχειρισμένος. ὅ
„τι [x] δ' ἂν μέλλοις [y] πράττειν [z],

aut moriaris actutum, detrectationis dato ſupplicio. 12. *Neque vero te facinoris magnitudo terreat, neque imperatorum nomen perturbet. Nam et intrare usque in cubiculum, ubi dormiunt, potes ſolus, utpote nocturnam cuſtodiam redeunte vice* 13. *demandatam habens: et quicquid es acturus, clam ci-*

r) τεθνᾶναι Bs. 2. L. al. v. N. ſ) Ms. Ba. ἀπειθείας v. N. t) Ms. Ba. μὴ δέ σε — μὴ δὲ τὸ λ. ut A. al. u) Ms. Ba. colon, ut punctum A. x) Ms. Ba. ὅτι λ. ſine commate ὅ, τι Stp. rel., at vicine, ut Ox. 2. cum Ed., cf. 2, 13, 10. y) Ms. Ba. μέλλῃς λ., alius modus, cf. 3, 2, 8. e. z) Comma hic nullum, ſed poſt λανθ. in Bs. 1. R. et Bc. 2., v. N.

te Noſtro in τιμ. cum ἀπ., ſed cum v. ὑπεχ., ut Aeſchi. et Lycu., cf. R. Or. V. 4. et 8. it. Zoſ. 1, 49, 4., ſed variante cum δίκην ὑπεχ. ſupra, cf. 1, 8, 12. e., reddente Bg. e P., non item in pr. αὐτικ., cf. 1, 9, 20., nec in τεθν., ubi Stp. Th. novit modo acutum cum L. N. T. et Ind. Dion. H. S. T. 1., ut contra circumflexus eſt in Ind. Luc., ſine V. L. in textu, ubi tamen ap. Dem. editur 127, p. acutus pro circumflexo Ind.

μηδέ σε) Libertatem P. in alia perſ. verborum deſeruit quoque Sch. „ἐκπλ. perterrefaciat *te*, *ταρ. pavore* te *pertellat* nomen *regum*“ in primo per Lat. Stp. Th., ubi hinc ſine Vs., variante Noſtro in ταρ. per copiam, cf. ad τῶν βασ. 3, 10, 13. ἀρχοντ. et infra §. 15.

εἰσιέναι) P. negligente τὲ, ſed γὰρ per Lat. *nempe* exprimente, longe remotum a loco ſuo, copulat Bg. τὲ cum ſq. ὅ τι δ', ſumto hoc pro τὲ, cf. 1, 4, 3., ut de δωμ. cum adiuncto 1, 17, 1. et de ſing. pro plur. hoc cap. §. 15.

ἐκ περ.) Omiſiſſe haec Bg., monuerat Leisn. in m. Ms. eius, reſtituta nobis e P., ubi variatur pro pleno 1, 9, 6. ἐκ περιόδων χρόνου, e Bud. C. 9, 48. „ut cui nocturnae excubiae in orbem recurrentes ceſſiſſent“ 589, 2. ſqq. 595, 46., reddente Stp. Th. 2, 1103. G. et 1500. F. e., ubi ſimul cum P., cf. Ioſ. 2, 279. ſ. 12. l. 5. παντὶ μὲν ἦν ἀνάγκη παρεῖναι πρὸς τὴν φυλακὴν ἐκ περιόδου, *neceſſe erat* omnibus *quidem* in *orbem* excubiis *adeſſe*, pro quo mox ἐπὶ τὴν φρουρὰν, ſed Stp. Th. 4, 451. C. m. „*cui* nocturnae *cuſtodiae* cura *commiſſa* ſ. *demandata* eſt“ in v. ἐγκ., ad quod Bg. fere cum Sch. in „περ. *red. vice* ſibi *commiſſam* habens *cuſtodiam*, φρ. *cui* cuſtodia *nocturna* red. vice *commendata eſt*“ cf. 1, 12, 8. e., Noſtro ad analog. ſcribente in νυκτ. cum φρ., cf. Stp. Th. et ſimiliter iuncta τὲ γὰρ — δ' ap. Iſocr. Or. 3. Nicocl. 9, 3. ſq. ed. Krt.

ὅ τι δ'.) P. omittit quidem δὲ, ſed contra aliam copulam refert „*clam*

„λανθάνων ἀκωλύτως ἐς τέλος „ἄξεις.ᵃ ἐπεὶ μήτ' ᵇ ἐμὲ τοι„αῦτα κελεῦσαι προςδόκα, μή-

tra impedimentum ad exitum perduces. nam neque meum amplius circa talia iuſſum imaginare, neque tuum ob-

a) Pro τέλος ἕξεις Stp. Lu. Bc. Par. 2. Ox. Ed., et ἐς τελ. ἕξεις A. Bss. Par. 1. Pat. et Sb., habent τέλος ἄξεις Ing., ſed ἐς τελ. ἄξεις Mss. tres, v. N.
b) Ms. Ba. μήτε ἐμὲ λ., plena negat., cf. 3, 2, 1., ſed contra 3, 10, 15.

nullo *que* prohibente" intra duo adv. (cum libere addito tertio *facile*), ut alibi intra duo adi., cf. 2, 13, 9., in perturbato quamvis ordine, ad ſqq. λανθ., ubi Bg. e P. ſed Leisn. in m. Ox. „Boſ. p. 70. et Obſ. M. Vol. II. p. 151." reſpiciens ad L. Boſ. Ell. p. 103. e., ubi idem Leisn. annotarat „v. Herodian. 3, 11, 13. v. O. M. T. 11. p. 181." ſub praecepto, quod iubet ad v. λαθ. expleri pron. ἑαυτὸν, quo de L. Boſ. in Obſ. ad N. T. Ebr. 13, 2., tolerante Bg. duo adv. ſine copula, ſed P. deſerente in ἀκ., non item Stp. Th., cf. 1, 12, 15. m. 3, 3, 13., nec Sch. partim in „μελ. volueris *agere*."

ἀκωλύτως τέλος ἕξεις) Scribo ἄξεις. *Steph.* Forte ἥξεις. *Reisk.* Leg. ἐς τέλος ἄξεις ſ. ἐπὶ τέλος ἄξεις, v. 2, 10, (4.) Xen. Oec. III. 6. p. 26. *Leisn.* Longe rectius Ven. ἐς τελ. ἄξεις, quod iam olim Stp. et Sb. amplexi ſunt. *Streth.*"

Leisn. in m. Ms. Bg. „leg. ἐς τελ. ἄξεις" Sb. Ind. v. ἕξεις „εἰς τέλος, pro ἄξεις" cui addit Sch. Lat. *duces*, ſed Stp. Th. v. ἀκωλ. 2, 530. B. e. „ὅτι — ἐς τέλος ἄξεις, *nullo prohibente* facile *aſſequeris*" ſic ſtatim edens, ſed melius, quam in Nota hic, ſimul addita praep., quam ipſam praebent Mss., pro illa Sb. εἰς propterea deligenda, etſi per ſe utraque potuit excidere ob. pr. ως, et adeo optio difficilior eſſe, quae non debet niti ingenio critici ſolo, ſed amplecti auctoritatem Mss., qui hic praeterea recte referunt ἄξεις, in quo facilis erat lapſus et error cum ε, qui et ſolennis, dum confuſa ſunt alibi quoque ἕξεις, ἄξεις et ἥξεις, cf. Barn. Eur. Troad. v. 188, ap. Herdt. 515, 31. et Luc. 1, 267. l. 87. x. it. Abr. Di. Th. p. 733. e., tum in formulam 2, 4, 11. cum Suic. Th. p. 72. f. ex Oecum. „ὁ θεὸς τὰς ἐπιβουλὰς τῶν ἐχθρῶν εἰς χρηστὸν ἄγει τέλος, *deus* hoſtium *inſidias* ad *utilem* et *exoptatum* finem *deducit*" quod epitheton ſubſt. τελ. aeque tropicum eſt, ac pr. 10. §. γενν. Caeterum, ut coniecturas reliquas nemo deſiderabit poſt haec meliora, ſic τέλος ἕξεις plane abſurdum eſt, cum de perſ. quidem τέλος ἔχειν valere tantum debeat *mori*, at de rebus aliud quid ſignificet, quam hic contextus requirit, v. c. Plat. Phaedo. Fi. p. 197. m. τέλος ἕξει ἡ ἀπόδειξις, cf. Abr. ad Aeſch. 1, 473. m. Denique in nova lectione cum ſit poëticus numerus isque in clauſula ſententiae ac periodi: tribuemus id fervori dicentis, ad poëtica propenſiori, et negligentiae cuidam, quae et ap. alios proſaicos effudit verſus poëtici partem.

ἐπεὶ λ.) i. e. *ne expectes, ut, quid ſis acturus, modumque caedis, tibi praeſcribam.* Studui hic etiam, verba Herodiani ſingula exprimere, alias duriſſima ſane, et verſionem vix admittentia, ſtrictius et preſſius vertendo prae ſe ferentia: *nam neque* me *adhuc* talia *iuſſiſſe*, expecta, *neque* te *obtemperaſſe*; quae communi ſenſu carent. Quodſi ἂν ſuo loco

„τε σὲ ὑπακοῦσαι. ἄνελθε δὴ
„εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν [c], καὶ
„ὥς τινας [d] ἀγγελίας ἐπειγού-

14. *ſequium. Abi modo in imperatoriam aulam, quaſi*

c) Punctum hic in A. al., ſed colon in Stp. rel., pro commate Bs. 1. al. cum Ms. Bg. d) Hoc accentu A. al. pro ὡς τινὰς Stp. rel., cf. 3, 4, 15. m.

addatur: erit: *nam neque me* iam *talia* iuſſurum *fuiſſe*, expecta, *neque te obtemperaturum*, ſi nempe minus opportunum et tutum eſſet, illa facere. Sic et ἄλλως, aut ſimile, requiretur, ut *Nam alioqui* etc. *Bergl.* Quid, ſi legerem, ἔπειτα μήτ' ἐμὲ ἔτι τοιαῦτα κελεύσειν προςδόκα, μήτε σε ὑπακούσειν. *Leisn.*

Qui et in m. Ox. „ſ. ἔπειτα“ et reliquam ſuam lectionem e Bg. Nota videtur concinnaſſe. At primum vulg. ἐπεὶ idem ſignificat, cf. 1, 3, 2., ſed et, ut ib. dictum, Lat. *alioqui* ſ. *ſed*, quod P., liberrimus in rel., oſtendit in ſuo *autem*. Deinde Bg. ratio in fut. verſo nititur hoc, quod aor. aeque, ac praeſ., valent pro fut., in primis cum certis verbis, ut noſtro πρ. et φημὶ etc., unde ſevere etiam per praeſ., pro quo aor. pariter valet, reddemus, *nam* neque *me* talia *iubere* expecta, *neque te obedire.* In quo, ſi ἐπεὶ ſenſu hoc cauſali retineas, ſane neceſſe eſt, ut ſtatuatur ellipſis, non illa inſolita, enunciationis totius, quam Bg. et ſuppeditat, et e proximo repetamus ſic, *ſi* non poſſis ſine impedimento ad finem perducere ſ. *perficere*, ſed non magnopere requiri puto, ſi ἐπεὶ ſtatim accipiatur pro illo Lat. *alioqui*; ut nec ἂν deeſt in illis inf., pro praeſ. ſumtis, ſed tum pron. plur. τοι. refertur per ſyneſin quandam ad pr. ſing. ὅ τι collectivi generis, tum v. πρ. proprie tantum uni adiuncto v. et membro, priori quidem, convenit, in ſecundo adiuvandum per Lat. aliud, in eo ſimul latens, v. c. *crede*, cf. 2, 6, 15. e., ut omnino in adiecto ſecundo membro eſt *inopinatum* aliquod, et ad ſuadendum potens argumentum, deſumtum a perſ. illa, quacum agitur, (poſt prius, ſumtum a perſ. ſuadentis,) cum concedimus confidimusque, aliquem ipſum, per ſuam intelligentiam et cogitationem, agnoſcere, rem fieri poſſe, aliquid facturum aut non facturum eſſe; quod ſimul eſt genus illius rhetorum *communicationis*. Sed, quod Bg., fere e P., aſſumit adv. temporis ἔτι, id fit, opinor, ad ſententiam magis adiuvandam, quam quod putarit, elapſum eſſe poſt ἐμὲ, ut ſupplet P. alibi ſuum, cf. 2, 15, 10., et Noſter de induſtria ſaepe brevior eſt, et difficilior obſcuriorque, in primis in orationibus, ex imitatione Thucydidis. Ita quidem melius credo, quam e v. προςδ. ſumere aliam perſ., v. c. *neque* ego *expecto*, expectare poſſum, *te obedire.*

ἄνελθε δὴ) Bg. Lat. e P. ad δὴ habeat cauſam e notione minus *temporis*, pro *iam*, quam *hortandi*, in primis cum imperativo, quocum tamen conſiſtit et illa, nobis placens, pro *igitur*, quia potes hoc ſine impedimento perficere; ut Leisn. in m. Bc. 2. ad tertiam „*quaeſo*“ abit; non tenente Stp. Th. in v. ἀν. Lat. Bg. e P., qui copulam ſq. καὶ omittit, quia opprimit totum membrum ſq. ἐπειγ. — ἀποκτ., ſequente Noſtro analogiam in duobus epithetis cum ἀγγ., in hocque cum v. φερ., cf. Stp. Th. 1, 16. C. e. „dicitur et ἀγγελίαν φέρειν, quomodo ap. Cic. *perferre* (it. *afferre*, cf. G. Th.) *nuncium*, et ἀγγελίας φέρειν, — ſic Herodi. I. 3. ἀγγ. ἀποῤῥ. dixit, quod alibi ἀγγέλματα ἀπόῤῥητα.“

„σας καὶ ἀποῤῥήτους [e] παρ' „ἐμοῦ φέρων, ἐπεισελθὼν αὐ„τοῖς [f], ἀπόκτεινον. ἀνὴρ δὲ „γενναῖος γενοῦ [g], ῥαδίως κα„τεργασάμενος πρεσβύτην τὲ

que nuncium urgentem et ſecretum a me ferens, ingreſſus ad eos, occidito. Sis fortis, facile interemto ſe-

e) Ms. Ve. ἀῤῥήτους λ. v. N. f) Ms. Ba. ἐπεις. αὐτοὺς ἀποκτ. v. N. g) Ms. Ba. γενοῦ· ῥαδ. quo accentu etiam eſt in A. Stp. al., ſed γένου in Bss. rel., v. N.

ἀποῤῥήτους) Perperam pro eo in Cod. Ven. ἀῤῥήτους ſcriptum eſt. *Stroth.* Aut per lapſum ſcribae, aut per gloſſam, cf. Heſ. 1, 551. ἄῤῥητον, — ἀπόῤῥητον, cum Ind. Luc. et Dem., ad variandum.

ἐπεισελθὼν) Leisn. ad m. Ms. Bg. „ſuperveniens“ ſed Sch. „*quum* invaſiſti *eos*, ſ. *ingreſſus* ad *eos*“ quam duplicem Sch. notionem tenet quoque Stp. Th., etiam *ſuperintro*, quod, a L. Ern. omiſſum, redeat ad illud Leisn., quo de alibi, ut de Gr. cf. 2, 5, 3. e., quod, utrovis modo intellectum, cum Sch. aut Bg., bene conſiſtit cum pr. ἄνελθε, et hic eſt pro penetrare in cubiculum, cf. §. 12., praebente Ms. nihil, quam in alio caſu pron., ut alibi, cf. 3, 2, 16., lapſum in οι et ου ſolennem, ſi acc. regatur cum v. pr. ἐπ., contra uſum ſimul, niſi quis excuſet ex acc. loci, quem habet, cf. 2, 13, 21., ſed, ſi referatur ad ſq. v. ἀπ., praebente Ms. modo ſeriem veterem omnium unam, (cum et comma deſideretur ib.) et v. ἐπ. abſolute ſtans, ut alias.

ἀνὴρ) Liberum P. in rel., non hic tamen retinet Bg. in ἀν. cum γενν., cum habeant Lat., cf. G. Th., tenente Stp. Th. nihil ad γεν., ſed Sch. „γένου, *eſto*“ eundem accentum, quem Bc. edd., potius convenientem in finitum modum aor. 2., i. q. γένεο et γένευ, pro ἐγένου, cum imperativus noſtrae ſcripturae reperiatur quoque ap. Eur. Hec. v. 538. Aeſch. Choëph. v. 231. et Ariſt. Ach. v. 450., it. ap. Ioſ. 2, 16. ſ. 34. e., haud-dubie a themate γενέω.

κατεργασάμενος) Non minus apte legas κατεργασόμενος, futuro tempore. *Sylb.* In alia omnia abeunte P., ſed errante Sch. in perſ. „quum interfeciſſet ſenem“ (variante Noſtro cum pr. §. ἀποκτ.) redigetur Bg. forma paſſ. in med., *quia* facile *interimas*, vel in perf. coni. *interemeris*, quod deinde ad ſenſum fere convenit cum fut. *interimes*, pro quo ſine emendatione ceperis hic iterum aor., ſed et aeque pro praeſ., adhibente Noſtro iterum argumenta ſua illa rhetorum duo ad ſuadendum, ut ſit fortis vir et nihil timeat, ac ſine timore exſequatur rem caedemque, a *facili* hic, ſed et ab *utili* mox, ſic, ut ſecundum hoc argumentum copulet Noſter cum principe enunciatione ἀν. γενν. γεν., ſed primum argumentum quaſi interiiciat modo. Tum, quod P. hic cogitat, *intra* ſuum *utrumque* cubiculum *obtrunca*, quaſi uterque ſeparatim cubuerit, et in peculiari cubiculo dormierit, id vero diſerte teſtatur Noſter cap. ſq. §. 2. Unde ſupra §. 12. δωματ. ſingularem monſtravimus pro plur. capiendum. Nec dubium eſt, in παιδαρ. (diminutivo pro primitivo et μειράκιον 3, 10, 4. et de nupto iam adeo) cogitari Caracallam, cf. §. 1. Sed incidet, opinor, dubitatio aliis nobiſcum, cur homo *is*, qui inſtituerit invadere imperium §. 7., non hic ſimul ſuadeat alterum Severi filium Getam oc-

„καὶ παιδάριον. μετασχὼν γὰρ „τὸ μέρος [h] τῶν κινδύνων, μεθέξεις καὶ τῶν μεγίςων τῆς „κατορθώσεως τιμῶν.“ Ταῦτα ἀκούσας ὁ χιλιάρχης, ἐξεπλάγη μὲν τὴν ψυχὴν [i], οὐκ

16. *ne ac puerulo. Nam particips periculi factus, participabis etiam maximos, re*
17. *confecta, honores.* Haec audita Tribuno perculerunt quidem animum, non tur-

h) Hic comma habuerunt ſolae Bc., v. N. Sed in Par. 2. mendoſe omiſſa ſunt γὰρ — κινδύνων, non animadvertente olim inter legendum Erneſtio. i) Ms. Ba. τῇ ψυχῇ· οὐκ λ. ut Ms. Ve. τῇ ψυχῇ, ἐταρ. λ. v. N.

cidendum, cf. 3, 12, 14. Hunc igitur Getam ille putarit, poſtea, remotis maximis impedimentis, facilius et ipſum aut trucidari poſſe, aut vivum in vinculis teneri, vel alio in inſulam ablegari deportarique.

μετασχὼν) Similis locus quoad tum rectionem, tum ſententiam, eſt ap. Lyſ. R. Or. V. 5. p. 872. i. διὰ τὸ ἀναγκαῖον σφίσιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι εἶναι μετέχειν τὸ μέρος τῶν δεινῶν, ὥσπερ καὶ τῶν ἀγαθῶν μετέχουσι, ubi adeo in una eademque periodo idem v. μετ. habet rei tum acc. tum gen., niſi velis e primo membro repetere acc. τὸ μ., aut hunc ibi ſumere per ellipſin pr. κατὰ, ut tamen rectio diverſa illa unius verbi in vicinia occurrat et alibi, per legem hanc et obſervationem, ut iungantur, quae alias diverſis locis ponuntur, cf. cum eodem acc. Stp. Th. Poſſ. Call. p. 244. e. (qui ex illo repetit, eſſe tunc i. q. ſimplex ἔχειν, quo vix opus, ſi ad pr. μετὰ ſumas ellipſin caſus perſonae tertii, interdum diſerte adiuncti,) Ind. Xen. Cyr. et Dion. H. S. T. 2. v. μετασχ. (cf. ſyn. μεταλαμβάνειν Ind. Dem.) Fi. ad Well. p. 322. e. L. Boſ. Ell. p. 4. e. 197. i. Krb. L. N. T., ſed cum acc. alio etiam Stp. Th. Poſſ. Sy., cum gen. rei eodem noſtro τῶν κινδ. ap. Dem. ſine Ind. 204, 2. 917, 5., ubi et cum gen. rei et dat. perſ. 160, 23., cf. Stp. Th., ſed cum dat. rei ap. Thuc. 109, 15., cf. Schol. et repugnantem Abr. Dl. p. 179. m., ut cum aliis gen. per Indd. alios, quorum Dem. add. 154, 8., qua de ſola rectione monuit Suid. 2, 518. e. 543. m. cf. 541. e. Heſ. 2, 586. m. et N. 31. cum L. N. T. Fi., reddente Z. Ind. Cyr. „μετ. μέρος, participare“ cui ſyn. hic Bg., deſerto P., ad analog. ſcribente noſtro in μ. cum τιμ., nihil etiam praebente G. Th., ſed P. ſequente Bg. in τῆς κατ., mutato ſubſt. in formulam totam, non item Sch., quoad caſum „rei *proſpere* geſtae *honorum*“ fere cum Stp. Th., qui hinc e P., ubi liceat quoque, caſu ſervato ſaltem, *confecti negotii*, cf. Ind. Polb. it. ap. Luc. 2, 146. l. 61. βεβαιωθῆναί μοι βουλόμενος τὰ κατορθώματα τῇ δωρεᾷ, *quod firmari mihi* volo *praemio* iſto *rem* bene *geſtam*, quo ſenſu hic τῶν τιμ. capio, cf. Liv. 2, 24. i. *ut* penes *eosdem* pericula *belli*, penes *quos* praemia, *eſſent*.

ἐξεπλάγη) Hunc locum ſic capio: haec *perculerunt* quidem *eius* animum, *non* tamen *turbarunt* mentem, *conſilium*, non tamen tumultuans de gradu deiectus eſt, ſed praeſenti animo uſus eſt et conſilio, ut Cic. off. 1, 23. (fere e.) loquitur. Ei animum metus et perturbatio non abſtulit ita, quin cogitare et conſiderare ea poſſet, quibus optatum rei exitum conſequeretur. Quum fere ſit τὸ δυςυχεῖν ἀπορία, h. e. quum infelicitas fere habeat inopiam conſilii: tribunus tamen non omnem iudicandi fa-

ἐταράχθη δὲ τὴν γνώμην· ἀλλ', barunt tamen conſilium;

cultatem amiſit. Metu perterriti mente fere excidunt, Apul. Mil. VIII. p. 175. Hic ſcriptor ſapientiae 17, 11. (12.) metum vocat τῶν τοῦ λογισμοῦ βοηθημάτων προδοσίαν, (ibi proprie aliter verba habent.) it. Mil. IX. *repentino malo* perturbatus, *et* miſera *trepidatione* ad *inopiam* conſilii *deductus*. Ovid. de Ponto 3, 6, (47.) *ſed* pavor *attonito* rationis *ademerat* uſum. *Ceſſerat* omne *meis* (novis) *conſilium* que *malis*. Plut. de Alexandri fortuna τὰς κρίσεις ἐκκρούουσιν αἱ φαντασίαι τῶν κινδύνων ἐγγὺς γινομένων. Dio Caſſ. 42. ὅταν τι ἀπροσδοκήτως τινὶ καὶ μετὰ πλείστου παραλόγου προσπέσῃ, τότε φρόνημα αὐτοῦ ταπεινοῖ, καὶ τὸ λογιζόμενον ἐκπλήσσει, ὡς αὐτὸν κάκιστόν τε καὶ ἀσθενέστατον τῶν πρακτέων κριτὴν γενέσθαι. Plura Pric. ad Apul. p. 477. *Leisn.* (qui et in m. Bç. 2. „minime conſilio animique praeſentia deſtitutus") Male in Ven. legitur τῇ ψυχῇ, ἐταρ. λ. Probe haec vertit Pol. *Stroth.*

E quo P. partim Bg. cum Stp. in m. conſtructionem totam Graeci textus mutarunt, pro ſeverioribus, *haec audiens*, ſ. *his auditis*, tribunus *percuſſus* quidem *fuit* animo, *non* perturbatus *vero*, tamen, *mente*, i. territus quidem fuit, ſed non ita, ut amitteret vim cogitandi deliberandique, quid agendum eſſet ac reſpondendum in praeſentia et e veſtigio; mox ſequente quadam explic. poſterioris membri in οὐκ ἔξω φρ. καθ., recte haec comparante etiam Stp. Th. 3, 1244. G. e. „pro οὐ ταραχθεὶς τὴν γν." e P., ſed reddente Sch. in „ἐξεπλ. *perterrefactus* eſt *animo*" fere cum Stp. Th. 4, 750. B. m. „*animo* perterritus *eſt*, (at non bene ſub notione pag. pr. F. m., qua ψυχὴ) dr. interdum peculiariter τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς μέρος" dum Gr. ψ., ut Lat. *animus*, ſicut interdum, quatenus opponitur corpori, univerſe uſurpatur, pro utraque facultate, mente et voluntate, ita praecipue tantum, de alterutra illa facultate, ſed hic maxime de voluntate, quatenus ineſt ſenſus et affectus, (ubi concuti ſ. percuti aliquis dr., vel ſimpliciter, vel per adiunctum *animo* ſ. *quoad animum*, cum excitatur in eo ſenſus et affectus aliquis, terror, timor, rel., cf. 1, 13, 8.) idque ob oppoſitum τὴν γν., ſumendum aut pro tota illa animi facultate, quam *mentem* cum Sb. Ind. diximus, i. e. intelligendi cogitandique, aut pro Bg. parte, i. facultate capiendi conſilii, ſed ut prius potius ſit ob adiectum v. ἐταρ., ubi mens et animus dr. conturbari ſ. perturbari, cum affectu vehementi cogitandi vis opprimitur plane aut debilitatur ſaltem, ut videatur interdum non amplius in nobis eſſe mens et ratio, ſed loco veluti mota; ſicut alibi contra etiam *perturbatus* aliquis, vel animus eius, vel aliquis animo dicitur, modo quoad alteram partem, voluntatem, quo ſenſu antea poſui ad ἐξεπλ., cf. 2, 3, 1. e. 1, 17, 15. et ap. Herdt. 60, 16. ἰδὼν δὲ, οὔτε ἐξεπλάγη, ἐντός τε ἑωϋτοῦ γίνεται, *non* tamen *eo* ſpectaculo *conſternatus eſt*, et *ſui* compos *manſit*, immo *conſpicatus vero*, neque *perculſus eſt*, et *intra* ſ. *apud* ſe *fuit*, ubi quippe v. ἐκπλ. aliter adhibetur, et pro Noſtri ἐταρ. τὴν γν., proque Lat. illo, i. plane proſterni et conſternari, niſi levius illud, ſupra a me adhibitum, *percuſſus*, ibi quoque malis, et de animo ſ. voluntate tantum, ſed altera formula ἐντ. λ., par et ipſa Noſtri-iſti mox οὐκ ἔξ. φρ. κ., noſtratibus plane ſolennis, habet ſaltem ſimilia quaedam ap. G. Th. v. *apud* Nr. 3. et *intra* 1201, 90., variante Noſtro quadam ratione per copiam ſyn. in utr. v. ἐξ. et ἐτ., cf. 1, 17, 14. 2, 1, 13. et in formulam τα. ἀκ. ap. Vig. p. 219. N. 14. „his auditis" e Plat. Ap. S.

ἅτε ἀνὴρ οὐκ ἔξω φρενῶν κα-	ſed ut vir mentis compos
θεςὼς, (καὶ [k] γὰρ ἦν τῷ γέ-	(etenim erat genere Syrus.

k) In Ms. Ba. loco (·) tantum ſunt commata. *Mart.* etiam modo in A. al.

ubi modo reperi in ed. Fi. p. 49. i. ταῦτα γὰρ ἐγὼ ἀκούσας, λ. et p. 67. e. ὁ δὲ, τοῦτ' ἀκούσας, λ. ſed ap. Aeſ. Fa. 138, 4. ταῦτα ἀκ. ὁ λύκος, cf. ſyn. ap. Phil. p. 750. ult. ταῦτα ἀκούων, *his* ille *auditis*, cf. Aeſch. ep. S. Luc., Ael. V. h. ubi et cum alio caſu, ὧν ἀκ. Caeterum de lectionibus Mss. illa Ven. ſine οὐκ, niſi Zanetti ipſe omiſit per lapſum, mendoſa eſt, elapſo illo hic ſine idonea cauſa: ſed utriusque Mss. dativus τῇ ψυχῇ non tam librarii error eſt, ſolennis ille in ν et iota poſtſcripto, cf. 3, 1, 2. ad πεζὴν, quam ingenium, ad variandum, ut ne bis redeat eadem conſtructio; cum ab inſcitia eius non venerit lectio illa, quia mox dedit ſervavitque acc., qui et in noſtro v. ἐκπλ. alibi occurrit, cf. Abr. ad Aeſch. 1, 425. m.

ἅτε ἀνὴρ). Talis dicitur alias ſimpliciter καθεςηκώς. Nam Schol. Ariſt. ad Nub. v. 1239. τὸν καθεςηκότα et παραφρονοῦντα opponit. ὁ καθεςηκὼς ſcil. eſt *mentis compos*. Lexica ad Ariſtotelem provocant, hanc ſignificationem quando probatum eunt. *Leisn.*

Stp. Th. novit modo hunc ellipticum verbi uſum, ſimilem Lat. *conſtans*, non item hunc Noſtri, ubi cum particula ἔξω videtur habere analogiam maxime Lat., ubi fuerit *vir* non *extra* mentem *poſitus* ſ. *extra ſe*, cf. G. Th. v. *poſitus* 948, 68. et 81. homo *extra* ſenſus *affectus* que *poſitus*; reddente Sch. per omnia cum errore P., quem Stp. Th. correxit in marg., unde Bg. partim, cf. G. Th. v. *comp.* 1089, 41. ſqq., quae tamen ſevere pertinent ad Gr. ἐγκρατὴς αὐτοῦ, cf. Stp. Th. 2, 406, D. e., ut propiora ſint illa Dem. ἔξω αὐτῆς οὖσα ὑπὸ τοῦ κακοῦ καὶ τοῦ τραύματος ἡ γυνὴ, et πῶς οὐκ ἔξω χρὴ τοῦ φρονεῖν ὑμᾶς αὐτοὺς ἡγεῖσθαι, cf. Ind. v. ἔξω, it. ad Herdt. p. 276. N. 43. a. et Abr. ad Aeſch. 1, 98. m. ἔξω τῶν φρενῶν γίνεσθαι, p. 173. i. φρενῶν οὐκ ἔνδον εἶναι, (qui locus Eur. Heracl. a Barn. redditur cum Bg., ut Alc. ep. 3, 40. i. p. 360. potius eſt χόλος δὲ ἐμπεσὼν, ἐξ ὅτου δαιμόνων εἰς αὐτὸν, οὐκ ἔχω λέγειν, ὅλον παρήμειψε, καὶ τῶν φρενῶν ἔξω κατέςησε, *ſed* poſtquam *eum* afflavit *ira* deorum, *non* poſſum *dicere* cuius, *totum* eum *immutavit et* mente *privavit*, vel potius *ira vero* illapſa *in* eum, *a* quo *deorum*, non *poſſum* dicere, *totum* immutavit *et* mentem *extra* poſuit *eum*, ubi adeo Noſtri formula in act. ſenſu cum ordine alio in τ. φρ. ἔ.) p. 654. m. (ubi in Schw. L. N. T. laud. etiam habetur locus verſus Herodt., quem in N. pr. dedimus,) et p. 377. e. ἔξω τοῦ καθεςηκότος, quod, addendum ad Stp. Th., cf. ap. Luc. 3, 33. pen. ἄρτι μὲν ὡς μεμήνοι, καὶ ἔξω εἴη τοῦ καθεςηκότος, iam quidem *furere* hominem, et *mente* non *conſtare*, quod noſtratium quidam dicunt *auſser ſeiner* Verfaſſung *ſeyn*, pro aliorum *Faſſung*, ſed Lat. auſim, *extra* conſtitutum *eſſe*, v. G. Th., i. e. extra rectum animi rationisque modum.

ἦν τῷ γένει Σ.) Liberum P. in καὶ γὰρ deſerit Bg., non item in τῷ γ. (quo abl. variatur cum acc. 1, 8, 2., ubi v. et Ind. Luc.) ſed in δριμ. partim, ut plene dat Stp. Th. ſub notione pro *aſtutus*, ſed Ind. Sb. „δριμύτεροι, *ingen.*" ambiguo compendio, utrum pro ſubſt. *ingenio*, an pro adi. *ingenioſiores*, at Gat. ad Ant. p. 142. b. D. „ut τὸ δριμὺ deſignet τὸ συν-

νει Σύρος. δριμύτεροι δ' ὡς πρὸς τὰς ἐννοίας[1] οἱ ὑπὸ τὴν ἀνατο-

acriores autem in excogitando orientales homines.)

1) Ms. Ba. et Ve. ἐντολὰς κ. v. N.

ετὸν, quo ſenſu et Herodi. dixit — *ad orientem* homines *acerrimis eſſe ingeniis*" fere cum P., ſed maxime in compar. gradu per ſuperl., quod tolerem, quanquam et Bg. gradus proprie valet, ſupplendo quid, v. c. aliis hominibus alias per terras, cf. Dion. C. 1284, 14. de Severo τὴν ψυχὴν καὶ δριμύτατος καὶ ἐῤῥωμενέστατος, acerrimo *ingenio*, it. Mor. Long.

ὡς πρὸς τὰς ἐνν.) Clericus ex eo, quod Syri aſtutiores et cautiores iam olim exiſtimarentur, explicat locum Genes. 31, 20. quem vide. *Leisn.* (qui et ad m. Ox. „Per. ad Aelian. 5, 2. p. 369. Plat. Alcib. 1. p. 78.") Ven. male ἐντολὰς. *Stroth.*

Erneſt. in m. Par. 2. „Kühn, ad Ael. V. h. 5, 2. putat, ὡς abundare; quod fieri ſolet. Perizonius autem eſſe putat *ferme*, ut in ὡς τεσσαράκοντα. Dein hoc ὡς eſt ὡσεὶ, ὡσεὶ autem h. l. ſubſtitui non poteſt. Dein dicendum fuiſſet ὡς δριμύτεροι. Denique nunquam ſic Herodianus, v. e. c. p. 63." reſpiciens ſuae edit. numerum et locum 2, 7, 15. φιλέορτοι λ. Ad Ael. l. l. haec Kühn. „Herodi. — *orientales* acumine *ingenii* valent *prae caeteris*, ubi fruſtra ſunt, qui ὡς Latine reddere conati ſunt" ſed Per. deinde allata Vs. P. addit „nec puto illum fruſtra in eo eſſe" ut Sch. „ὡς poſtponitur etiam nominibus, ad imminuendam ſignif. δρ. ὡς, acriores *ferme*, Polit. Sed Sylb. coniungit ὡς cum ſq. πρὸς τ. ἐ. *ad* ingenia *quod attinet.*" Sed, praeter argumenta beati Erneſtii, addiderim, ὡς illo Periz. ſenſu non copulari cum πρὸς, quo ſitu potius valere dixerim 1) Lat. *tanquam*, ut 2, 8, 13. e. πρεσβεῖαι — ἐς τὴν Ἀντιόχειαν ὡς πρὸς βασιλέα ὁμολογούμενον ἐστέλλοντο, it. 3, 5, 13., ſed 2) i. q. ſolum πρὸς, ut adeo ſane redundet; quod concedunt plerique, cum uſurpatur ὡς πρὸς pro εἰς, iunctum accuſativo perſ. aut loci, cf. 1, 9, 4. e. 1, 11, 8. e., ut nec Bg. exprimit ὡς hic, ubi 3) id una cum πρὸς concedo pro uno Lat. *ad*, ſed pro quoad ſ. quod attinet ad, cf. G. Th. 87, 4. „*ad*, pro eo, quod vulgo dr., *quantum* pertinet *ad*" it. Hor. Turs. p. 37. Nr. 10. Vig. p. 645. e. Dem. ſine Ind. 62, 13. ſq. Verum, quia non libenter ac temere deſcendere ſoleo ad redundantiam illam vocum, potius 4) ὡς ante πρὸς accipio vi limitandi ſ. definiendi magis et pro ὅσον et illo ipſo antea Lat. *quantum*, et ὡς πρὸς verto Lat. *quoad* et formulis Lat., modo laudatis, adeoque ſic, ut cuique Gr. voci ſit ſua notio; ubi et ſumo ellipſin alicuius verbi, vel finiti modi, ut προσήκει, vel infinitivi, quo inclinat L. Boſ. p. 424. cum Ienſ., quia ὡς utrumque modum habet; ut proinde ὡς πρὸς cum ſuo aliquo adiuncto faciat per ſe peculiarem quandam enunciationem, ſeparandam illam, ſi placeat, commatibus, v. c. hic δριμ. δ', ſc. εἰσὶ, ὡς πρ. τ. ἐννοίας, οἱ ὑπὸ λ. Itaque comparo Noſtri 3, 15, 5. Σεβῆρος — ἐνδοξότατα βιώσας, ὅσον πρὸς τὰ πολεμικὰ, τῶν πώποτε βασιλέων, it. 2, 3, 4. ὅσον εὐγενείας χάριν, cf. Sb. ante, pro quo brevius eſt, *quantum* ad *ingenia*, Strp. Th. 4, 802. Bg. ſqq. Vig. p. 552. Nr. 19. ubi diſerte „ὡς πρὸς — ſignificant ὅσον ſ. ὅσα πρὸς, quantum *attinet* ſ. *gratia*" quod eſt illud pr. χάριν, cum N., ubi Xen. Cyr. eſt 1, 5, 7. et addendus alius locus 1, 6, 4. cum alia ſimul comparativa enunciatione, ὡς πρὸς φίλους μοὶ τοὺς θεοὺς ὄντας, οὕτω διάκειμαι, quo de loco cf. L. Boſ. Ell. p. 535. i., ubi p. pr. e. noſter redditur, fere ut ſupra

λὴν ἄνθρωποι,) τὸν θυμὸν ὁρῶν furorem cernens inſanum
ἐνθουσιῶντα τοῦ κελεύοντος, iubentis, et potentiam ſci-
καὶ τὴν ἐξουσίαν εἰδὼς, οὐκ ens, non eſt refragatus,
ἀντεῖπεν [m], ὡς μὴ παρ' αὐτὰ [n] ne illico daret poenas;

m) Sine ν ἐφελ. tenuere ἀντεῖπε A. Bss. Par. et Pat., cf. 2, 15, 3. m. 3, 4, 18. n) Non aliter edd. omnes, et tacite quoque Mss., v. N.

a Kühn. „*ac* prae *caeteris* acumine *ingenii* valent *ad* orientem *homines*“ quem L. Boſ. cf. ad N. T. Act. 17, 14. p. 83. ſq., Gron. ad Polb. T. 1. p. 899. e. 924. e., ad Luc. 1, 125. l. 64. cum N., 154. l. 86. 498. l. 89. cum N., 2, 472. l. 4. cum N., 3, 158. l. 79. cum N., Ern. ad Xen. M. S. 2, 7, 2. cum Hdb, p. 100. Tyrt. Kl. p. 81. m. Krb. Decr. R. p. Iud. p. 277. m. et Ath. p. H. p. 394. e. Loesn. Obſ. p. 212. e. Weſſ. ad Diod. S. 1, 720. N. 63. Bach. Ind. Xen. ex Ag. 1, 6. pro *fere*, ſed aliter Zeun. ib. in N., Suid. 1, 605. m. v. διότι extr. Zoſ. 1, 29, 1. e. ὡς πρὸς βασιλείαν ἀναρμόδιον λ. veluti *non* idoneum *regno*, Ioſ. 2, 146. e. τῆς πρὸς αὐτὸν θεραπείας ὡς πρὸς βέβαιον ἤδη βασιλέα, *pro ea — obſervantia*, quaſi *iam* certus *conſtitutus* fuiſſet *rex*, (Liv. Ind. *laeti*, ut *ad* regem *diu* deſideratum, *conceſſere*,) Dem. ſine Ind. 113, 17. εἰς Φωκέας, ὡς πρὸς συμμάχους καὶ φίλους, ἐπορεύετο, it. 278, 4. παρελθὼν ὡς ἐπὶ τὴν Κιῤῥαίαν, ſed Iſ. Pan. Mor. p. 88. e. οὐχ ὡς ἐκεῖνον πλέομεν, ὥςπερ πρὸς δεσπότην, λ., quod ſyn. ὥςπερ vincit, non redundare ſemper noſtrum ὡς, copulatum cum πρὸς, quod hic Bg. cum acc. rei vertit, ut alibi, cf. 2, 3, 12. 2, 8, 16. 2, 10, 17., diſcedens a P. idem in ἐνν., ut Sch. „Syri et orientales ad *res* animo *concipiendas* ſunt *acriores*“ fere cum Stp. Th. aliunde, (cf. Bud. C. Ind. Sb. Luc. Ael. V. h. Polb. Xen. Cyr.) ubi Bg. Lat. forte valet pro ſimpl., ut affine Gr. ἐννοεῖν i. q. νοεῖν, unde hic δριμ. λ. per variationem quandam i. q. 2, 9, 3. de Severo νοῆσαι ὀξὺς, acute cernentes, celeriter cogitantes intelligentesque prae caeteris, quid agendum; quam in laudem nihil praeterea habui. Sed in Ms. re merus eſt lapſus in litteris, confuſo ν cum τ et ι cum λ.

τὸν θυμὸν) Variante Noſtro per ordinem in ὁρ., cum §. 1., liberrimum P. per ſqq. deſerit Bg. etiam in ἐνθ., nihil ferente G. Th. aut Stp., qui tamen aliunde in v. ἀντ. cum Bg., (ubi Sch. „contradixit, *detrectavit*“) it. in κολ. 2, 301. G. m.

παρ' αὐτὰ) Leg. παραυτίκα, Lat. *illico*. Sic pro παρ' αὐτὰ ap. Luc. in Amor. p. 433. reſtituunt viri docti παραυτίκα. *Leisn.*

Qui et ad m. Ms. Bg. „leg. αὐτίκα, vel potius παραυτίκα“ quod ſolum eſt ap. G. Th. in Bg. Lat. Sed ap. Luc. T. 2. l. l. contra Codd. ſit, qui dividunt, ut hic, ubi etiam Sb. Ind. ſic, at cum Lat. „propter *ea*“ tenente Stp. Th. 1, 605. G. m. una voce παραυτὰ, tum notione Bg., tum alia cum gen. e Bud. C. 329, 27. ſqq. 330, 2., qui caſus et eſt illi ſyn. παραχρῆμα, cf. Rs. An. ad Gr. A. V. 1. Ind. p. 174. i., at L. Ern. „παραυτὰ, adv. int. πράγματα ſ. τὰ γιγνόμενα“ pro quibus procedit quoque ellipſis ſubſt. χωρία, ut ſit *ad ipſa* illa *loca*, noſtrum *auf* der *Stelle*, quod, de loco proprie adhibitum, deinde etiam de tempore, pro ſtatim, valet, ut Lat. Bg., aeque ortum ex adv. *illic*, ac ex *in loco* ſ. *illo loco*, cf. G. Th., tacente L. Boſ. de ellipſi, ſed me reperiente praeterea aliam

κολασθείη· προσποιησάμενος δὲ, εὐκταῖα καὶ ἀσπαστὰ ἀκούειν, προσκυνήσας τὲ °, ὡς

18. verum, ſimulans optata et iucunda ſe audire, cum adoraſſet, ut iam impera-

o) Abeſt τε in Ms. Ba. *Mart.* v. N.

ſcripturam, non aeque bonam, πάραυτα ap. Eur. Ino v. 69., ubi Barn. id tuetur, it. Heſ. 2, 872. m. πάραυτα, παραχρῆμα, εὐθέως, παραυτίκα, ubi N. nihil emendat, ſed D'Orv. ad Ch. p. 311. i. probat modo παραυτὰ aut παρ' αὐτὰ, quorum prius ex Heſy. producit modo Abr. ad Aeſch. 1, 343. m., contra p. 661. m. hinc ſecundum, dum rurſus πάραυτα editur ap. Heſ. 1, 623. Nr. 8. it. Nr. 17. et 629. Nr. 9., ſed ib. 2, 180. Nr. 21. pro παρ' αὐτὰ, corrigunt πάραυτα et παραυτὰ, quo poſtr. accentu habetur etiam ap. Suid. 2, 262. m. v. κατὰ πόδα, ut duabus vocibus nobiſcum editum affert pro αὐτίκα Ern. Ind. Polb. ex 1, 695. ſect. 95. e., ubi opp. ſq. μετά τινα χρόνον, it. ex p. 711. l. 13. ſine Var. L. et N., ad Eurip. l. l. ſupra reiiciente id vocabulum Valck. in Diatr. poſt Hipp. p. 179. B. tribus de cauſis, quia παραυτὰ tantum ſit ap. recentiores eosque eccleſiaſticos, non item ap. ſcriptores Atticos, qui potius uſurpent παραυτίκα, (cum tamen παραυτὰ reperiam quoque ap. Aeſch. Ag. v. 747. in ed. Pav. ſine V. L. et N.) quia ib. δ' non habeat locum, quod tamen accipiam, ut Lat. *vero*, in apodoſi aliqua, cum praecedat ὅςις, εἴ τις, ut defendo praeterea tum ſcripturam diviſam ex analogia illorum ἐπ' ἐκεῖνα et κατ' ἐκεῖνα, tum compoſitionem ex his, πάραυτόθεν, (ap. Suid. 3, 41. m. etiam explicato αὐτίκα,) et παρ' αὐτόθι ap. Hom. Ιλ. ψ', 147., quod, numero tantum diverſum ſing., cumque ab initio eſſet παρ' αὐτὸ, deinde auctum eſt finitione adverbiali ex abundanti, ad uſum poëticum, ut παραυτόφι, (quod, ibi in Var. L. e gloſſa, ap. Heſ. παρ' αὐτῷ) it. αὐτόθεν et αὐτόθι, cf. Suid. et Heſ., quae quidem poſtr. dicuntur per ellipſin pr. παρὰ, ut non ſunt diſſimilia illa εἰς αὐτὸν ſ. ταυτὸν, (cf. L. Boſ. Ell. p. 334. i. et Ael. V. h. 13, 42. p. 920. i. cum Ind. v. αὐτὸς e.) it. εἰς τὸ αὐτὸ et κατὰ τὸ αὐτὸ, ſuppleturo me in noſtro etiam ſubſt. μέρη, et habente id pro adv. non per ſe, ſed quatenus praepoſitio cum adi., maxime aſſumto extra ſubſt. aliquo, facit adv., ut ſcriptura illa unius vocis prodit ſeriem non modo Mss. unam, ſed diverſus accentus abſentiam olim accentuum in iisdem.

προσποιησάμενος) Libere P. contraxit orationem in unam cum pr. periodum, e quo Bg. ſeverior in ἀσπ., quam 1, 7, 3., ſed propterea in εὐκτ. aliter, quam 2, 1, 21., cum iungantur iterum ſyn. per copiam; ferente Stp. Th. 1, 590. A. cum P. etiam paraphraſin Bud., unde forſan et alia lectio προσκ. καὶ εὐκτ., καὶ ἀσπ., ſed G. Th. rumores *grati* et *optati*, ad quam analog. hic ſcriptum fuerit a Noſtro, qui ad ſq. v. προσκ. opprimit acc. pron. perſ. αὐτὸν, unde pendet ſubiectus acc. βασ. in membro cum particula ὡς imperfecto, (cum deficiat particip. ὄντα, cf. 1, 3, 5. i.) qualis acc. expreſſus erat. ap. Ioſ. ſupra ad §. pr. ὡς πρ., ubi P. (liber ille in ἤδη ad ſq. membrum coniecto, niſi comma, etiam in ed. Antw. repertum poſt *imperat.*, ponatur poſt *iam*,) agnoſcit cum Mss. particulam ὡς, elapſam operarum incuria in Ald. Tum τὲ, adiectum quidem in edd. poſt γραμμ. mendoſe, at omiſſum in Ms. uno poſt participium, cf. 2, 9, 18. e., cum ſervetur a Mss. rel., hic quidem ſine idonea cauſa,

ἤδη [p] βασιλέα, γραμματεῖον [q] ᾔτησε, τοῦ φόνου φέρον τὰς ἐντολάς. ἔθος [r] γὰρ τοῦτο τυραννικὸν, εἴ τινα ἐκπέμποιεν ἐπὶ φόνον ἄκριτον, ἐντέλλεσθαι [ſ] τοῦτο διὰ γραμμάτων [t], ἵνα μὴ, γιγνόμενον [u], ἢ ἀκα-

torem, libellum petiit, de caede continentem mandata, 19. (mos enim is tyrannis, cum aliquem mittunt ad occidendum indemnatum, iniungere id per litteras, ne quod geritur, conſignatione

p) Solum ἤδη ſine ὡς fuit in A. Bss. Par. Ox. et Pat., v. N. q) γραμματεῖον τε Ox. 1. cum Par. 2., ſed γραμματεῖόν τε Ox. 2., v. N. r) In Ms. Ba. non ſunt () ab ἔθος — ἀκατασήμαντον. *Mart.* nec niſi in Stp. rel. ſ) ἐκτελλ. Par. utr. mendoſe. t) Colon hic in Stp. al., ſed noſtrum comma in A. rel. u) Mss. Ba. et Vi. γινόμενον λ., cf. 3, 2, 4. m. 3, 4, 10. e.

quanquam et innoxie, cum in προσκ. ſumi queat apodoſis quaedam periodi, per participium inchoatae; nihil per libertatem edicente P., ſed faciente Bg., ut 3, 8, 4., dum, remoto τὲ, participium reſolvit, ut in ſq. membro τοῦ φ. λ., ſecundum caſum per praep., de more Lat. in ſubſt. *mand.* (cf. G. Th., ubi Gr. Indd. nihil praebuerunt, cf. Xen. Cyr., ſed ſine Ind. Dem. 250, 13.) verum ad φερ. (ubi Sch. „ferens *epiſtolam*“) ſenſum dat, non habente Th. Stp., ſed Gs. modo 635, 57. „*ferre* mandata *alicuius*, i. perferre“ de perſ. quidem, ad quam aliquam analog. hic de re, ubi Erneſt. in m. Par. 2. „formula *fatalis* Amm. Marcellin. Tacit. *codicillos* vocat“ quorum Ind. Amm. modo „*formula* miſſa *letali*, i. e. norma iudici a magiſtratu praeſcripta“ ubi ſaltem de caede ſermo eſt.

ἔθος) Diximus de talibus libellis et fatalibus codicillis ad 1 A. Tac. 6. annot. 5. Ammiano Marc. dicitur *letalis formula* 14, 2. (ed. Ern. 14, 1. p. 2. m.) *Boecl.* v. Intp. ad Tac. A. 1, 6. et XI, 37. p. m. 221. *Leisn.*

Quo in Tac. loco poſtr. nihil in ed. Ern., ſed ad Suet. Ner. ed. Burm. 1, 523. lectis *codicillis*; mutante Bg. e P. formam Gr. ex adi. in ſubſt. caſum tertium, pendentem ex oppreſſo v. ἐςὶ, (quod in Vs. exprimit Stp. Th. v. ἐντελλ.) ſine neceſſitate, cum et ſeverum *tyrannicus* Lat. bonum ſit, (cf. G. Th.) quod ap. Stp. aliunde, cf. Ind. Luc. et Dem. cui add. Noſtri ipſum 212, pen. οὐκ ἐχρήσατο τῷ αὑτοῦ ἤθει τῷ τυραννικῷ, it. Ael. V. h. ubi et 8, 3. ὅτι Ἀττικὸν τοῦτο τὸ ἔθος, ducente Bg. itidem fere e P. rationem aliam in ſq. ἐπ. φ. ἀκρ., dum adi. et ſubſt. commutat cum particip., cf. 1, 14, 13. e. it. v. ἐκπ. cum pr. ἐπὶ Dem. ſine Ind. 47, 12., libere addente P. adv. ad ſq. ἐντ. λ., ut Stp. Th., tantum reliqua ſervante Bg., ſed Sch. e Sb. Ind. fere „*epiſtola* mandare *aliquid.*“

ἵνα μὴ, γιγν.) Ne, ſi caedes perpetretur, minime ſit obſignata, i. e. ne nullae litterae obſignatae eam imperatam fuiſſe teſtentur. Fit autem γραμμάτων, nec non γραμματείου mentio etiam paulo poſt, utpote ab ipſo Saturnino prolati, (3, 12, 5. et 10.) *Steph.* Forte ἵνα μή τι γιγν. *Reisk.* Adde τὸ. *Stroth.*

Cui coniecturae Stroth. proxima eſt Bg. Vs., quae ſane poſcit articulum, elapſum per ſe, ſed multo magis pron. Rsk., intra viciniratem ſimilem. Sed nihil opus eſt emendatione, ſi γιγν., ad pr. τοῦτο rela-

ταςήμαντον [x]. ὁ δὲ Πλαυτιανὸς, τυφλώττων τῇ ἐπιθυμίᾳ, δίδωσιν αὐτῷ τὸ γραμματεῖον, καὶ ἐκπέμπει ἐπὶ τὸν φόνον [y], ἐντειλάμενος, ἐπὴν [z] ἀμφοτέρους διαχρήσηται [a], πρὶν διαβόητον γενέσθαι τὸ πραχθὲν, πέμψαι τοὺς καλέσοντας αὐτὸν [b], ἵνα ὀφθῇ πρῶτον ἐν τοῖς

20. deſtituatur.) Plautianus autem caecutiens cupiditate, dat ei libellum, et mittit ad caedem, mandans, ut, ubi utrumque interfeciſſet, priusquam divulgaretur factum, mitteret, qui vocarent ipſum: ut conſpiceretur prius in palatio, quam

x) Punctum hoc in Ms. Ba., cum nihil fuiſſet in Stp. rel. poſt clauſam parentheſin. y) Colon in Ms. Ba. z) ἐπὰν Bc. 2. errore operarum per ſe innoxio. a) διαχρήσεται Bss. omnes mendoſe. b) Hoc comma etiam in Ms. Ba. et ed. A. al., pro colo Stp. rel.

tum, reſolvatur potius per conditionalem, *ſi fiat id*, (ut fere Sch. „*quum* perpetratur *caedes*“ referens τοῦτο per ſenſum ad pr. φον.) quo ſenſu Noſter adhibet cum aliis participia, cf. 1, 1, 1. m ὅπως μὴ „ σιωπήσαντες, λάθοιεν λ., ubi et ſyn. ὅπ. μ., quae neg. cum alio negante ἀκ. reſolvetur per aiens, *ut*, ſi *fiat* id, *ſit ſignatum* ſ. *obſignatum*, ſ. non ſine obſignatione, obſignatis litteris, i. certum, probatum, tutum; P. deſerente etiam Sch. „ἀκ. quod nullis ſigillis ſ. literis ſignatis probari poteſt“ ſed Stp. Th. reddente longius e Bud., ſine alio auctore, quem nec Indd. prodiderunt, tenente id vocabulum etiam L. Ern., ad analog. ſaltem factum, ſed eius longiorem periphraſin Dem. 837, 12. 904, 4. ſqq., quo pertinent et haec Leisn. in m. Ms. Bg. „ut poſſet docere, ſibi caedem eſſe imperatam.“

τυφλώττων) P. libere additum adi. reſpuit Bg., poſt P. addente Stp. Th. „excaecatus et *nihil* cernens *prae* cupiditate“ fere e Bud. C. 1215, 9., reperto mihi vocabulo, praeter Poll. 1, 113. (ubi hoc particip. redditur *caecus*,) modo in Ind. Luc., ut duxerit Noſter e Lat., ap. G. Th. 677, 84. caecus — *cupiditate*, et *caecari* — *cupiditate*, i. e. non intelligens, quid faceret, nec fraudem et periculum cogitans. In ſqq. quoque liberrimus P. ſervatur a Bg. partim in ἀμφ. et διαχρ., (quo variatur cum §. 15.) et ad διαβ. γεν. τ. πρ., quorum reperi adi. διαβ., cf. Poll. 5, 158. Heſ. Ammon. p. 42. cum Anim. V. p. 65. Thom. M. p. 209., ad Luc. 1, 463. N. 35. cum Ind., Abr. Dl. Th. p. 578. Bg. ad Alc. ep. p. 204. e., ſed phraſin δ. γεν. modo ap. Zoſ. 4, 52, 1. ταύτης διαβοήτου τῆς πράξεως ἐν ἅπασι γενομένης, *huius* facinoris *fama* ubique *didita*, (cf. ib. 1, 17, 3. 2, 14, 3. 4, 14, 3.) ſed ſyn. ap. Dem. περιβόητος ἡ πρᾶξις ἐγένετο, ad quam analog. Noſtri haec fortaſſis facta, variantis in ſq. τὸ πρ. cum ſuperiori τὸ πεπραγμένον 2, 6, 3., cf. Phil. in Fl. p. 756. e.

πέμψαι λ.) Praeter libera rel., reſpexit P. in pron. αὐτ. uſum Lat., hic contra libros, deſertus et a Sch. in „καλ. vocaturos *ipſum*, ut veniret“ ad notionem definiendam, pro breviori *advocare*; variante Noſtro in ſq. membro cum 2, 11, 5. πρότερον ὤφθη τοῖς ἐκεῖσε παρὼν βασιλεὺς, ἢ ἀφιξόμενος ἠκούσθη, quo ſenſu hic πρῶτον manifeſtum, ob ſq. ἢ, cf. Stp.

βασιλείοις, ἢ ἀκουσθῇ τὴν βασιλείαν παραλαβών.

Ἐπὶ ταύταις δὴ ταῖς συνθήκαις ἀνελθὼν ὁ χιλιάρχης [c], εἰσῆλθε μὲν διὰ πάσης τῆς βασιλικῆς οἰκίας κατὰ τὸ ἔθος ἀκωλύτως. εἰδὼς δὲ ἀδύνατον ὄν, δύο διαχειρίζεσθαι [d] βασιλέας,

intelligeretur imperium ſuſcepiſſe.

Sub hac pactione profectus tribunus, ivit quidem per totam imperatoriam aulam de more citra impedi-
2, mentum. Sed intelligens, ſe non poſſe duos in-

c) Ms. Ba. χιλίαρχος A. ut 2, 9, 10. d) Mss. Ba. et Vi. διαχειρίσασθαι, ſed διαχειρίσεσθαι A. Bss. 1., et hinc depravatum διαχειρήσεσθαι Bss. 2. al., v. N.

Th. 3, 566. e. Abr. Dl. Th. p. 513. e., ad alius rectionis loca N. T. (cf. D'Orv. Ch. p. 457. m.) afferente Schw. Lex. p. 1189. e. hunc locum „ut *prius* in *regia* videretur, *quam* regnum *ipſe* ſuſcepiſſe *diceretur*" ſed Bg., deſerto P., non ſervante participium cum v. ἀκ., ita, ut priore loco cum fut., quia hic in aor. v. παρ. Lat. Bg. *ſuſcipiens* notionem modo praeſentis temporis prae ſe ferebat; quanquam et Lat. paſſ. *intelligi* de perſ. cum nominativo participii in praeteritis adhibetur, cf. G. Th. v. extr.

ἐπὶ ταυτ. δὴ) Hoc δὴ, pro *igitur*, iterum omittit Bg. e P., ſervans inde in ſqq. quaedam modo, ubi variatur in v. ἀνελθ. privo pro phraſi 3, 11, 14., ob ſq. hic τῆς βασ. οἰκ., et in his non modo pro proximo cap. pr. ult. τοῖς βασιλείοις, ſed etiam pro 1, 16, 8. ἐκ τῆς βασιλείου, ὡς ἔθος, οἰκίας, pro quo ipſo hic κατὰ τὸ ἔθ., ut in N. T. Luc. 22, 39., abſolute quidem, at cum gen. aliquo ib. 1, 9. 2, 42. et ap. Polb. 3, 94. i. κατὰ τὰ Ῥωμαίων ἔθη, it. 1, 57. m. κ. τὰ παρ' αὐτοῖς ἔθη, at cum epitheto ap. Ael. V. h. 7, 19. e. κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος, *patrio* ipſis *more*; reddente Bg. e P. per ſyn. Lat. praep., etſi ad ſpeciem eſt alia formula ἐξ ἔθους infra 4, 12, 12. e. ſed Sch. in „ἐπὶ σ. hiſce *pactis*" cum Ind. Sb., qui forte δὴ ſic per Lat. *ce* exprimit, de notione definiendi ſ. reſtringendi, pro πὲρ et μὲν, cf. 1, 1, 5., tenente Stp. Th. 3, 1517. G. e. ſq. formulam ἐπὶ συνθ. ſine Vs., cf. Ind. Bud. C. Luc. Ael. V. h. Xen. Cyr. Dem., cui add. 160, 23. 235, 6. 14. ἐπὶ ταῖς ὡμολογημέναις συνθήκαις, it. 239, 8. (165, 7. ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ὁμολογίαις) et Hſt. ad Ar. Plut. p. 441. b. e.

ἀδύνατον ὂν) Ad Luc. 3, 146. b. i., poſt „non inſolitus eſt Atticiſmus, ſive πλεονάζειν putes ὂν, ſive participium pro (finito tempore) ἐστὶ poſitum accipias" ſubiicitur ſine Vs. hic locus, ubi tamen ὂν poſt v. εἰδ. ſolenne pro inf.; diſcedente quidem Bg. a P., ſed aſſumto pron., prope neceſſario; niſi malis ſyn. *licere*, licitum eſſe, *fas eſſe*, quae ad ſyn. οἷόν τε εἶναι etiam commoda, ſed, per ſe habentia alium quoque ſenſum, facile e Gr. ac contextu intelliguntur a lectore. In ſq. Sb. Ind. „διαχειρ. et διαχειρίσασθαι, *interfic.*" innuens ſyn. et eſſe διαχειρ. i. q. illud cap. pr. extr., variarique, ſed Sch. „paſſ. ut P., vel med. *interficere*, ut Act. 5, 30. et 26, 21." quorum primum locum etiam comparat Stp. Th. 4, 450. D. e. poſt noſtrum ſine Vs., at cum lect. alia illa Mss. per aor., e Bud. C. 1057, 22., ut opinor, ſed ut aor., per ſe procedens pro praeſ., ductus

καὶ ταῦτα ἐν διαφόροις οἴκοις διατρίβοντας, ἐπιςὰς τῷ δωματίῳ τοῦ Σεβήρου, καλέσας [e] τοὺς τοῦ βασιλικοῦ θαλάμου φύλακας, ἠξίωσεν εἰςαχθῆναι εἰς [f] αὐτὸν, ὡς δὴ ὑπὲρ σωτη-

terficere imperatores, eosque in diverſis domibus commorantes; conſiſtens ad cubiculum Severi, vocatis imperatoriis cubiculariis, poſtulat introduci ad eum, tan-

e) Ms. Vi. καλέσας τε τοὺς λ. v. N.   f) Mss. Ba. et Vi. πρὸς αὐτ. v. N.

ſit forte ex 3, 11, 15. κατεργ. et 20. διαχρησ. it. e comparatione loci N. T. poſterioris, tum fut. Ald. corruptum ſit ex iſto aor. aut e praeſ., quod cum uno Ms. etiam Stp. refert, quanquam hic interdum aor. correxit in aliud tempus, cf. 1, 6, 21. e. 1, 8, 11. e. 1, 12, 9. m. 1, 15, 12. m. 2, 2, 9. 2, 6, 15. 2, 7, 9. m., ſed in v. διαχειρ. L. N. T. Kypk. 2, 33, e. Thom. M. p. 223. N. 5. e., ubi ſine Vs. hinc ſervatur inf. praeſ., lib. de V. med. et Ind. Polb.

καὶ ταῦτα) Formulam neutrius mutat P. in liberrimam, (unde Sch. in pron. οὖτ. extr. „uſurpatur etiam ταῦτα pro coniunctione *quidem*, adhaec, *praeterea*") ſed Bg. in vicinam generis maſc., dum Lat. habent, praeter ſeverum *et ea*, etiam propius *idque*, cf. Stp. Th. 2, 1556. D. κ. ſine auctore, ad Vig. p. 173. b. m., ſed ſine Ind. Dem. 114, 3. 117, ult. 146, 19. 161, 6. 165, 2. 209, 27. 239, 6. 258, 1. 295, 14., afferente tamen Rs. Ind. p. 549. m. exemplum alius etiam caſus καὶ ταύτης. Mox οἴκοις iterum Bg. ſevere, pro P. ad ſenſum, de certis modo partibus unius palatii, §. 1. πάσης τῆς βασ. οἰκίας, unde ſtatim ſq. ad variandum τῷ δωματ. et τοῦ θαλ., cf. 3, 11, 12. 1, 17, 7. e.

ἐπιςὰς) Leisn. in m. Ox. et Ms. Bg. „imminens *cubiculo*" Sch. „*quum adiſſet cubiculum*" partim e P., ſed Bg. ut 2, 1, 13. Tum τε additum iterum a Ms. in participiis cumulatis, dum Mss. rel. tacent, et e P. libero nihil patet, elapſum per ſe ob vicinitatem, facile contemnetur per Bg. rationem, qui in adiunctis τοὺς λ., pro libero P., non ita ſevere, ut 1, 17, 12., cf. Stp. Th. 1, 1497. G. i. „τοῦ β. θ. φ. regii *thalami* ſ. cubiculi *cuſtodes*" ſine altero τοὺς artic. Sed Sch. in „ἠξ. *petiit*" deſerto etiam P.

εἰς αὐτὸν) Forte ὡς αὐτ. Verum tamen nimis crebro occurrit εἰςάγεσθαι ſ. εἰςέρχεσθαι εἴς τινα, ut paene ſuſpicer, popularem eam fuiſſe dictionem. *Reisk.*

Variare inter ſe εἰς et ὡς et confundi in libris, ut εἰς ſtet cum caſu perſ., ſed ὡς cum caſu rei loci ve, etſi accuratior ratio poſtulet contrarium, ſatis conſtat, v. ad Herdt. p. 169. N. 86. ad Thuc. p. 352. N. 68. 571. N. 73. Valck. Eur. Ph. p. 474. Hdb. ad Xen. p. 101. et Fi. Ind. Aeſch. v. ὡς extr., quo ſpectarit et Gloſſator Mss. (cum Ve. maneat in vulg.) innuens, εἰς hic ſtare pro πρὸς, quo de cf. D'Orv. Ch. p. 401. m. cum Krb. Decr. R. p. 276. m. at 278. e. de v. εἰςαγ. ſenſu Bg., deſerto P., cum εἰς et caſu perſ. per analog., it. cum πρὸς cum acc. perſ. cf. laud. ad 6, 5, 18., quem uſum aliorum etiam compararit Gloſſator, ſed in paſſ. cum adv. Iſ. P. Mor. p. 30. m., ut cum pr. εἰς Rs. O. V. 61, ubi et med. ut ap. Herdt. et Xen. Pol. Z., tacentibus lib. de V. med.

ϱίας αὐτῷ τινα g ἀγγέλλων h. οἱ δὲ, δηλώσαντες τῷ Σεβήϱῳ, καὶ κελεύσαντος αὐτοῦ, τὸν χιλίαϱχον εἰςήγαγον. ὁ δὲ i, εἰςελθὼν, „Ἥκω σοὶ, ἔφη, ὦ δέσ„ποτα, ὡς μὲν ὁ πέμψας οἴε-

quam de ſalute ei quaedam
3. nuncians. qui re indicata
Severo, iubente ipſo tribu-
4. num introduxerunt. Is autem ingreſſus, *Venio*, inquit, *tibi, Domine, ut quidem is,*

g) Sic nobiscum A. al., pro αὐτῷ τινὰ Stp. rel. h) Ms. Ba. ἀγγελῶν λ. v. N. i) Hoc comma etiam in *Ms.* Ba. et ed. A., ſed mox ante et poſt ἔφη nullum.

ὡς — ἀγγέλλων) Leisn. ſupra Gr. Ox. „ἀγγελῶν“ quod ipſum fut. Ms. fuerit vel e gloſſa, ad ſenſum, cum pro eo praeſens ſaepe habeamus et ipſe Ms. toleret, cf. 3, 2, 21., vel e ſcriptura ſolita in Mss., cum ſimplex λ, pro duplici poſitum, dederit accentum abſentem ab initio, quem librarius vellet, manentibus cum Mss. rel. in vulg. etiam Bg. et P. oblique, e quo ille iterum omittit δὴ, pro *ſcilicet*, poſt ὡς, cf. 2, 3, 12. e., ſecus ac 1, 17, 1. et 2, 13, 6., ubi quoque cum participii fut., quo Gloſſator reſpexerit ſimul; flectente P. caſum pron. αὐτ. aliorſum, cf. 3, 2, 7. 7, 6, 13. e.

Qui et in N. Chr. „ſuſpectum eſt hoc vocabulum H. Steph., ſed aliud ſubſtituere non audeo, (et ib. Ind.) ὑπ. *eine* ſatyriſche *Schilderung*; — παιδ. ein *Scherz*“ ſed Sch. „π. dicteria feſtiva, ὑπ. deſcriptiones (hoc unum ex Ind. Sb.) cavillandi animo dictas“ at ap. Suet. l. l. *cauſidicorum* figuras — *leniſſime tulit* Cas. in N. „Herodianus, ut videtur ὑπογραφὰς l. 4. nominat, Suidas σκώμματα ῥητόρων, Graeci ὑπονοίας“ rum ap. Bud. C. 831, 27. „ὑπ. qua dictione Herodianus pro figurato dicto et ridiculo uſus eſt l. 4.“ hinc ſine Vs., et Stp. Th. „ὑπ. *fig. dictum et rid.* Bud. interpr. ex Herodi. l. 4. καὶ λεγ. — παιδ. Sed vereor ne mendoſe legatur ibi ὑπογραφὰς“ qui forſan cogitabat ἐπιγραφὰς e Vopiſc. in Saturn. c. 7. T. 2. p. 718. e. *ſunt enim* Aegyptii — *viri* ventoſi, furibundi, iactantes, *iniurioſi*, atque adeo *varii*, liberi, *novarum* rerum *uſque* ad *cantilenas* publicas *cupientes*, verſificatores, *epigrammatarii*, ad quod poſtr. Cas. in N. 7. „qui verſibus et epigrammatis enormi libertate in principes ſuos et magiſtratus ludant.“ Sed ſalva eſt utique lectio vulg. Nam primo ipſe Stp. Th. tenet notionem, qua ſit „deſcriptio primae manus et delineatio, rudis et craſſa adumbratio“ in qua ineſt *illa vis* pr. ὑπὸ, quam et Stroth. attulit, ut in Lat. *ſub*, quae *vis* tamen deinde neglecta, ut in aliis, videtur, ut pro quavis deſcriptione et depictione poneretur, cf. Ind. Polb. et Poll. 7, 128., unde recte Rsk. interpretatus et Bg. e P. Verum deinde e contextu hic, et maxime e ſqq., definietur notio magis, ut ſit deſcriptio morum pravorum, vitiorum ac ſcelerum, qua quis tecte obſcure que culpatur, quam notionem Bud. retinuit fere etiam L. Ern., eo que conſilio Noſter adiunxit rel. pro quadam interpretatione, ubi παιδιαὶ ſane ſunt ſpecies prioris, ioci mordaces, et dicteria ludicra ſ. ridicula, ab alia parte rem cogitante Noſtro. Quae cum eiusmodi ſint, ut per illa involucra atque integumenta tamen appareat et agnoſcatur is, qui perſtringitur: tum iis convenit adv. Noſtri εὐς., quod h. l. i. q. apte, perſonae que convenienter, noſtratibus quoque *treffend*, (pro Ind. Stroth. „*fein, ſinnreich*“) ex eodem tropo et iaculantium ſcopo, qua phyſica notione cf. ap. Ioſ. 2, 295. f. 5. l. 4. *certo ictu*, ut tropice ib. 1, 405. l. 6. *apposite*, ap. Luc. vero etiam de dictis 1, 26. l. 40. *directe*, et 3, 115. i. πρὸς τὰ ἐ. εἰρημένον, *apte*, quod Lat. cum Bg. tenet Stp. Th., ſed ſine auctore, cf. Ind. Sb. Luc. Diod. S. 1, 39. l. 41. cum Poll. 6, 205. *coniecturaliter*, iungente id Noſtro ad analog. illam ap. Luc. cum v. λ., ubi Sch. „dicere *ioca*, εὐς. *dextre* dicere *illuſiones*“ dum id

τῶν μὲν γὰρ τοιούτων κνίζει[m] μάλιϛα, ὅσα ἐλέγχει τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀλήθειαν.

cuntur. Nam in hoc genere urunt maxime, quae arguunt deliſtorum veritatem.

m) Ms. Ba. κνίζειν μαλ. ſed Ve. κακίζειν μαλ. v. N.

adv. opprimit P., e quo Bg. retinet formulam aliam et copulam iterum meram loco ἤ, pro *natura vero quodammodo ſunt dicaces, et proferunt* apte *deſcriptiones* aut *dicteria*; dum licuit adeo e Lat. uſu cum Sch. ſervare ad v. λεγ. ſeverum, quia habent *dicta* et *dicteria dicere*; quanquam v. λ. proprie non convenit cum ſubſt. ὑπ., ſed iungitur et hic verbum duobus ſubſt., quorum uni tantum per ſe aptum ſit, et per analog. modo v. λ. cum utr. et forſan Lat. Per quae non opus eſt ingenio Rsk., dum ſenſus e vulg. exiſtit bonus et idem, ac cum libris omnibus vetuſta ſervat quoque P. per libertatem tamen aliquam ſuam, unde Bg. pauca, liber et ipſe in ordine adi. πολλ. et in v. σκ., ubi et Stp. Th. e P., pro *irriſis* ſ. *iis, qui* ſunt *irriſi*, cf. paſſ. ap. The. Ch. et Plut. Hs., ſed in v. ἀποῤῥ. phyſico ſenſu, praeter Suid. 1, 291. m., L. N. T. Ind. Hesd. The. Ch. Luc. D'Orv. Ch. et in criticam rem et confuſionem Geop. ut in med. Orph., ſed tropico Hom. cum Ael. V. h. at de dictis, ut h. l., praeter Suid. 1, 255. e., maxime ap. Ael. V. h. 12, 57. i. πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰς αὐτὸν ἀπεῤῥίπτουν, *multa* et *acerba* in *eum* convicia *coniiciebant*, cf. Ind., ubi Bg. per ſyn. e P., ſed cum eo in χαρ., quod de ſcommaſi etiam v. ap. Cas. ad Ath. 2, 418. cf. ib. p. 4. e. Ind. Sb. et ej. Dion. H. T. 1. Ael. V. h. cum p. 372. N. 6. it. Luc. cum 2, 696. N. 30. it. 3, 359. N. 14. Dem. Xen. Cyr. M. S. et Ἀνβ. Diod. S. Plut. Hs. et Krg. Hom. cui add. Ἰλ. ά, 39. Ὀδ. γ', 58. ε, 231. Hesd. Call. Orph. Mus. Theogn. cum Suid. et Hes. ſed in rem poëticam Ammon.

τῶν μὲν γὰρ) vellicant, exulcerant, aegritudinem afferunt. Simili metaphora τὸ δάκνειν Graecis, e. g. Chryſ. Homil. in 2 Cor. 4, 13. οὐδὲν οὕτω δάκνει τὴν ψυχὴν, ὡς ὄνειδος, οὐδὲν οὕτως τήκει (f. θήγει, inſtigat, *irritat*,) τὴν ψυχὴν, ὡς σκώμματα. Sic Cic. Tuſc. 4. (Gs. Th. v. *mordeo* 3, 82.) *ſi paupertas* momordit, *ſi* ignominia *pupugit*. Τῶν ἁμ. τὴν ἀληθ. Apul. Mil. 10. p. 215. vocat *criminum veritatem*. Tac. A. 15, 68. (e.) aſperis *facetiis* illuſus, *quae*, ubi *multum* ex *vero* traxere, *acrem* ſui *memoriam relinquunt*, quae ſententia exemplis illuſtratur ibi ab Intrp. v. et ib. 5, 2. (e. *acerbae facetiae.*) Ea moleſtiſſime homines ferre ſolent, quae ipſorum culpa contracta ſunt. *Leisn.* Venet. male κακίζειν. De iſtius verbi poteſtate v. Reines. Var. l. 3. p. 417. *Strotb.*

Quem Rein. locum etiam in m. Ox. laudarat Leisn., agens ſuper h. l. etiam in Progr., ubi Bg. omittit e P. ſolitarium ſtans iterum μὲν, deferens eundem in rel., per libertatem in pron. τῶν τοι., ubi ſane tacite reſpicitur ſubſt. aliquod omiſſum, ſed non neceſſario illud a P. adiunctum *iocorum*, quaſi pertineat ad pr. παιδιᾶς, dum latet in pr. adi. πολλὰ et φιλοσκωμμ. it. in v. v. σκωφθ. et ἀποσκωψ. ſubſt. affine σκωμμάτων, unde Leisn. in Ox. „*ea* dicteria *vel* maxime *pungunt*" pro quibus ſervaſſem *nam* talium *quidem*; poſt P. illa addente Sch. in „κν. *pungunt* ſ. *mordent* inſtar urticae" fere ex Ind. Sb. „mordere, *pung.*" et e Stp. Th. 2, 278. A. m., qui deinde hinc ſine Vs., cf. Foeſ. p. 208. b. m. Hes. Suid. 1, 696. m. 2, 334. e. Palm. Ex. p. 806. m. Ind. Herdt. cum N. D'Orv. Ch.

πολλὰ τοίνυν αὐτὸν [n] ἐκείνων σκωψάντων ἔς τε [o] τὴν τοῦ ἀ-

5. Cum ergo varie ipſum cavillati fuiſſent etiam ob

n) Ms. Ba. ἐκείνων αὐτὸν σκώψ. v. N. o) In Ms. Ba. ἐς τὴν τ. ἀδ. abeſt τε, quod Stp. male habet. *Mart.* v. N.

Plut. Krg. Luc. ſed in rem criticam et confuſionem D'Arn. An. Cr. p. 605. i. cum Lyco. v. 608. Sed Mss. res primo communis eſt in confuſis iterum ει et ειν, cf. 2, 12, 10., deinde peculiaris in Ms. Ve. vel e lapſu ſcribae, vel per gloſſam, ut Schol. Ar. Veſp. v. 1277. ἔκνισεν, ἀντὶ τοῦ ἐκάκισεν, ab h. l. tamen alienam, cui convenit potius Heſy. 2, 286. e. κν., λυπεῖ, quod per variationem i. q. phraſis pr. λυπηρά ἐστι, ad ſenſum recte explente P. pron. demonſtr. ante ὄσ., ſed libere iterum agente in ſq. ἐλ., ubi ad analog. modo ſcribitur et in v. ἐλ. cum ἀλ. et in hoc cum ἀμ.

πολλὰ) Hoc adi. ſervans P., tamen deinde alia mutat, (et ex eo partim Sch. v. σκ. „quum *per* modum *cavilli* multa *in* eum *dixiſſent*") ut Bg. adi. id in adv., ex Apulei. ap. G. Th. in v. *cavill.* cum Gr. n., neceſſario quidem, dum Lat. non habent illum acc. cum ſuis v. v., et Gr. ille, ad analog. modo adiunctus a Noſtro, (cf. Xen. Cyr. 5, 2, 18., et ſupra 2, 7, 4.) ſupplendo pr. κατὰ, pro adv. haberi poteſt. Sed Ms. alius ordo, in aliter locato pron. iterum, cf. 3, 8, 9. i., nihil laevitatem iuvans, modo pertinere videtur ad rectionem, ut accuſ. ſit propior ſuo v., nihil definiente P., qui et alterum pron. gen. oppreſſit cum Bg., ubi olim reſtituemus, cum, ut Gr., ſic et Lat. addant, etſi per ſe minus neceſſarium, niſi quoad eſt in oppoſitis.

ἔς τε) Fortaſſe ſcripſit Herodi. ἔς τε ἄλλα καὶ τὴν τ. ἀδ. ἀν. *Steph.* Dele τέ. Illi accumulati genitivi conſequentiae efficiunt anacoluthum, etiam a Latinis frequentatum. Nam recta conſtructio poſtulabat ἐκεῖνοι σκώψαντες et καλοῦντες et χλευάζοντες et αὐτοὶ δοκοῦντες — tum recte ſequitur ἠνάγκασαν. *Reisk.*

Copulam, etiam a P. oblique expreſſam, ſed a Ms. eiectam, ut alibi, dedit Bg. non per meram illam Lat., ſed e Stp. m, fere per voculam, qua innuitur additio quaedam, tacite in mente cogitatis aliis ſimul, quo redit illa Stp. emendatio Gr., etiam Vs. Lat. in m. P., ubi *leniſſima* ratio ſit, ſumere τὲ pro Lat. *id que*, quo de alias, et comma figere poſt σκωψ., dum illa Stp. Gr. latent iam non modo in noſtro hoc Lat., ſed quoque in pr. πολλὰ, ad hanc ſententiam, quia igitur tum multis modis ipſum illi riſerant, tum etiam praecipue ob fratris caedem; vel, ſi πολλὰ ad ſqq. videatur pertinere, et per ſubiecta quaedam exempla explicari, tum τὲ ſimiliter retinebitur illo Bg. aut noſtro ſenſu, immo et pro mera copula *que*, ſubintellecto adv. *praecipue*, et in primo membro v. σκ. ponetur modo cum acc. perſ., ſed in hoc membro etiam cum pr. ἐς, recte a Bg. intellecta pro διὰ, qua notione ſolennis eſt in verbis laudandi et vituperandi, quo et pertinet noſtrum v. σκ., ubi Stp. Th. modo rectionem hanc tenet, non item illam Bg. praep. 3, 886. E. m., cf. tamen ib. 1, 1156. G. e. Bud. C. 1463, 16. L. Boſ. Obſ. M. p. 50. Vig. p. 573. i. cum N., quae inclinat potius pro κατὰ, ut Schw. L. N. T. p. 419. N.; Abr. ad Aeſch. 1, 663. m. it. Dl. Th. p. 795. e., ad Luc. 1, 581. N. 22. it. 2, 502. N. 38. cum Ind. v. εἰς e. et ib. cum ἐς quoque 1, 403. l. 61. Fi. ad Well. p. 364. i. Poſſ. Call. p. 490. 516. m. Ind. Thuc. in N. v.

δελφοῦ ἀναίρεσιν, καὶ τὴν πρέσβύτιν [p] Ἰοκάστην καλούντων [q], ἐκεῖνον δὲ [r] χλευαζόντων, ὅτι δὴ, μικρὸς ὢν, Ἀλέξανδρον καὶ Ἀχιλλέα, γενναιοτάτους

fratris caedem: ac ipſam quidem anum, Iocaſtam appellarent, illum autem irriderent, quod nimirum parvus homo Alexandrum et Achillem for-

p) πρεσβύτην A. al. cf. 4, 6, 6. q) Colon in Ms. Ba. r) Ms. Ba. ἐκ. δὲ πάλιν χλ. v. N.

εἰς, et Ael. V. h. ib. b. i. et v. σκ. ſed Rs. Or. V. 4. et Dem. v. εἰς Nr. 2., qui ignorat v. σκ., quo de add. 558, 21. per ſyn. praep. εἴς σε ἐπὶ τούτοις ἔσκωψεν, ut Dion. C. 1306, 18. ἀκούων γὰρ, ὅτι διαβάλλοιτο καὶ σκώπτοιτο παρ' αὐτῶν ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ οὐχ ἥκιστα τῇ ἀδελφοκτονίᾳ, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

τὴν πρεσβύτιν) quod ſcil., ut Iocaſta Oedipo filio, ita Iulia Antonino privigno nupta eſſet. *Memm.* Propter Antonini nuptias cum matre initas, perditiſſimae libidinis femina. *Oxon.* Cur Alexandrini Iuliam Domnam per ludibrium Iocaſtam nominarunt? De Iocaſta Creontis filia, Laii Thebanorum regis uxore, Oedipi matre, Diod. S. IV, 66. ſq. et alii haec narrant: Oedipum per imprudentiam matrem ſuam uxorem duxiſſe, duos que ex ea filios, Eteoclem et Polynicem, duas que natas, Antigonen et Iſmenen, procreaſſe. Duos illos fratres, lite de regno et mox bello orto, mutuis vulneribus concidiſſe. Crediderim ergo, etiam Alexandrinis ſuſpicionem iniectam fuiſſe, quaſi Caracalla matris inceſtis amoribus implicaretur. Sic demum Iulia ſimillima Iocaſtae. Iocaſtae duo filii duae que filiae fuere. Itidem Iulia genuit Caracallam et Getam et duas Septimias, quas Severus dotatas maritis, Probo et Aetio, dedit, Spart. in Severo c. 8. Quatuor liberos Severi et Iuliae exhibet numus ap. Beger. p. 696. Iocaſta duos filios in concordiam redigere non potuit, Eteoclem et Polynicem. Aeque infeliciter res proceſſit Iuliae in reconciliando Caracalla cum Geta. Quodſi verum eſſet, Caracallam, mortuo Severo, matrimonio ſibi iunxiſſe Iuliam, ut ſunt aliqui, qui hanc ἀθεμιτογαμίαν exprobrent Iuliae: tum et hoc nomine ſimilis ea Iocaſta foret. Sed ſcommatum ſtudioſis ſatis eſſe potuit ad comparandam Iuliam cum Iocoſta, quod neutra filios diſcordes reconciliare potuit. *Leisn.* Scil. Iuliam matrem eius, qua cum in matrimonio vixiſſe eum, quemadmodum Oedipus cum Iocaſta, narrat Eutrop. 8, 11. *Stroth.*

Qui et in N. Chr. „Haec eſt Iulia, noverca Caracallae, quam eum in matrimonio habuiſſe Eutrop. narrat l. c. propterea que eam Iocaſtam dixerunt Alexandrini, quia haec quoque, licet inſcia, filium Oedipum maritum habuiſſe dicitur; hiſtoria eius notiſſima eſt, v. Suid. et Eur. Phoen." cf. Spart. in Sev. c. 10. p. 730. *intereſt ſcire*, quemadmodum *novercam* ſuam *Iuliam* uxorem *duxiſſe* dicatur. — *Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis roboratus eſt, nuptias que eas celebravit*, rel. Matrem *enim* — *non* alio *dicenda* erat *nomine* — duxit *uxorem*, ad quae Cas. N. 4. „hoc ideo adiicit, quia re vera non mater, ſed noverca fuit." Hic quidem P. addidit ſtatim cum libertate alia „matrem *que* etiam *Iocaſtam* vulgo *appellarent*" qua de cf. ad Dion. C. p. 1285. §. 85. et 1304.

καὶ μεγίστους ἥρωας, ἐμιμεῖτο ſ), τοιαῦτά τινα παίζειν αὐτῶν δοκούντων, ὀλέθρια καὶ ἐπίβουλα κατ' αὐτῶν σκέψασθαί τὸν Ἀντωνῖνον ἠνάγκα-

tiſſimos et maximos heroas 6. imitaretur. Haec talia dum iocari illi ſibi videntur, perniciem et inſidias ipſis meditari Antoninum coëgerunt:

ſ) Hoc comma in A, 1. al. pro Stp. rel. colo aut puncto al., v. N.

§. 97. „Iuliam laudat ubivis Dio et Herodianus. Sed Latini ſcriptores tradunt, famoſam adulteriis fuiſſe, et filium ad libidinem et inceſtum matrimonium induxiſſe, Spart. Car. c. 19. (immo 10.) et Sev. c. 21. (p. 635. m. *Baſſianum* — qui *novercam*, matrem *quinimo*, — uxorem *duxit*,) Vict. Caeſ. 21, 3. Epit. 21, 6. Eutrop. 8, 11, 3. Oroſ. 7, 18. Euſeb. Chron. Sed de inceſtu non praeter rem dubitaveris" cf. ad Spart. in Sever. c. 18. p. 627. *uxorem* Iuliam *famoſam* adulteriis *tenuit* Salm. N. 3. b. e., it. Exc. ad 2, 15, 7. e., ut tamen Noſter, famam vulgarem iterum ſecutus, Alexandrinos ad inceſtum illum reſpexiſſe innuat, ubi et Bg. libere addit pron. et praeterea particulam μὲν, hauddubie ob ſq. δὲ, qua in cauſa opprimitur illa ſaepe, cf. 3, 3, 10. 13., variante Noſtro cum pr. v. σκ. hic per χλ., ubi Stp. Th. „irridentibus *ipſum*" partim e P., qui perimit ſq. δὴ, dux idem Bg. in ſq. addito ſubſt. ἄνθρωπος, pro particip., cf. 3, 3, 5., non autem referens novitatem Ms. in addito iterum aliquo adv., quod, nec elapſum a vicinia, nec a rel. Mss. praebitum, arguit gloſſam, ut illud πάλιν, pro *rurſus*, i. e. contra, acceptum, opponatur clarius, quam ſolum pron. ἐκειν., prioris membri nomini πρεσβ., quo panno aſſuto facile carebimus, cum iam, praeter pron. ἐκειν., diſerta δὲ particula ſatis diſtinguat, etiam, ſi ſumatur illa Mss. pro *iterum* ſ. denuo, quaſi praemiſſa membra pertineant ad cavillationes priorum temporum, ubi Caracalla adhuc Romae degebat, v. §. 3., ſed hoc unum membrum referatur ad cavillationes, quas in Caracallam adhibuerint, praeſentem ap. ſe, ex actis que ab eo cap. toto pr. Sed ut Noſter in prioribus membris non adiecerat tempus nec particulam, id indicantem: ita et in hoc omiſerit, et, vel non monente Gloſſatore per πάλιν, lector aliquis attentus et memor prioris cap. poteſt colligere ipſe, haec pertinere ad recentes cavillationes. Caeterum ap. Beg. 2, 694. ſq. ſunt in numis Iuliae Domnae tum quartus, ubi eius conſecratio „per pavonem, Iunoniam avem, quae credebatur Auguſtarum animas in coelum deferre, (tum alius, hanc ad §, relatus, de) Iulia adultera."

τοιαῦτα) Quanquam tolerans ego numerum adhuc Bc. novae §., tamen modo ſeparavi haec a prioribus commate, quia conſtructio eſt continua per eosdem gen. conſq., et quia particula δὴ, νῦν, δὲ, alias in reditu ad priora ſolennis, ſaepe omittitur. Quod que ſupra voluit Rsk. anacoluthum, id non eſt neceſſarium, cum gen. conſq. tales contineant notionem cauſae, a Bg. e P. propterea ſtatim per particulas ſolennes expreſſam, quae adeo notio pro libertate et libidine a quovis ſcribente poteſt exprimi, ſive per particulam cauſalem, v. c. ἐπεὶ, ſive per participiorum aut nominativos aut gen. Sed Bg. hic quoque ſeverior eſt, quam P., ſervatis etiam omnibus pron., aliter tamen, quam ſupra, verſatus in τοι. τ., ubi iſta Lat. iuncta G. Th. 709, 75. modo ſemel habet, ſed

σαν, φύσει ὄντα ὀργίλον [t] καὶ φονικώτατον [u]. συμπανηγυρίσας [x] τοίνυν αὐτοῖς [y] καὶ συνεορτάσας, ὡς εἶδε πᾶσαν τὴν πόλιν πλήθους μεγίστου πεπληρωμένην [z] τῶν ἀπὸ πάσης περὶ αὐτὴν χώρας ἐκεῖ συνελ-

natura hominem iracundum
7. et valde ſanguinarium. Cum itaque celebraſſet cum ipſis feſtum, videns totam urbem multitudine maxima opple-tam, hominibus ex omni vicina regione ibi congregatis;

t) ὀργῖλον A. Stp. rel. ſed noſtro accentu Par. al. v. N. u) φονικὸν Mss. tres, v. N. x) Haec συμπ. — συνεορτάσας in Par. 1. et Ox. 1. mendoſe abſunt. y) Comma hic A. Stp. rel. delevimus cum Bs. 2. v. N. z) Hic comma erat in Bs. 1. cum Ox. v. N.

diverſi ſenſus, qualis alius item habetur in Sall. Iug. 31, 9. et in locis, a Corr. prolatis, qui neuter hic ineſt in Gr., variante iterum Noſtro prr. χλευ. et σκωπτ. per v. παιζ. (quod ap. G, Th. in utr. Lat., P. et Bg.) et cum 1, 8, 10. e. ὀλέθρια βουλεύσασθαι ἑαυτῷ per adiunctum ἐπιβ. et aliud v. σκεψ., quod per analog. modo habet ſecum et iſtam praep. et illa duo adi., quorum poſtr. ἐπ. de re, ap. Stp. Th. tantum hinc ſine Vs. et per aliam e memoria aut lapſu operarum lectionem ἠνάγκασεν, reperi per fem. ap. Dion. H. S. T. 1. ſed per neutr. quoque ap. The. Ch., cf. de perſ. Ind. Dion. G. Rs. Or. V. 6. Xen. M. S., ſed in rem criticam et confuſionem Dion. H. T. 2. cum D'Orv. Ch.

φύσει) Non improbandam putabam olim Cod. Ven. lectionem φονικόν, quam nunc diligentiori rei conſideratione reiiciendam iudico. Namque vel negligentiae vel ſedulitati librarii potius tribui poteſt quam vulgata. *Stroth.*

Qui quidem in N. Chr. dederat „Cod. Ven. non male" ſed recte in Obſ. retractat ſententiam, dum ſane Mss. gradus alius eſt vel e lapſu, haerente in ſcribae mente adhuc priori gradu, vel potius ex ingenio, quod, reſpiciens eosdem gradus in pr. ὀλεθρ. κ. ἐπ., noluit copulari ſecum diverſos, poſitiv. et ſuperlat., ſaepius tamen etiam ſupra ap. Noſtr. obvios, hic P. conſentiente cum Mss. vel e Cod. aliquo eodem, vel per libertatem, e quo Bg. iterum, ut §. pr., ad partip. ὄν. Sed in adi. ὀργ. nullibi deprehendi circumflexum, ſed modo acutum, ap. ipſum Stp. Th., L. N. T. Heſy. Foes. Dem. et Luc. cum 1, 586. N. 71., non bene deſerente P. ordinem Gr. membrorum.

συμπανηγυρίσας) Hinc incipit Noſter diverſus eſſe in re narranda a Dion. C., ad quem proinde p. 1306. §. 120. „ſed Dionem, comitem itineris, vera rei geſtae ratio fugere vix poterat. Caeteri, famam incertam ſequentes, rei geſtae ſummam locis et temporibus pro ingenio quisque ſuo accommodaſſe videntur." Sed Leisn. in m. Ms. Bg. „pauciora in Lat. quam Gr." dum duo verba contracta ſunt in unam phraſin per hendiad. in particip., ſed P. duo ſaltem ſubſt. affinia retinet, variante Noſtro cum 2, 7, 14. per adiunctum v. συνεορτ., quod, ap. Stp. Th. ſine auctore prolatum, tenui praeterea ap. Sb. Ind. e Xiph., intra duo v. ponente Noſtro iterum pron., quod et ad ſq. pertinet; unde comma tollendum, (cf. 2, 5, 7.) quod poſt ſq. πεπληρ. oſtendit quoque Bg., quo facto τῶν — συνελθ. pro gen. conſq. ſint ſumenda ſeparatim; cum altera

θόντων, διὰ προγράμματος πᾶσαν τὴν νεολαίαν[a] εἴς τι πεδίον κελεύει συνελθεῖν, φήσας[b], εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου τιμὴν φάλαγγα βούλεσθαι συστήσασθαι, ὥσπερ Μακεδονικὴν καὶ Σπαρτιάτιν, οὕτω καὶ τοῦ ἥρωος ἐπωνύμους. κελεύει δὴ,

edicto publicato, univerſam iuventutem in quendam cam-
8. pum iubet convenire, dictitans, in Alexandri honorem phalangem velle ſe conſtituere; uti Macedonicam et Spartanam, ita et Heroi illi
9. cognominem. Iubet ergo

a) Ms. Ba. νεολαί, quod literarum compendium difficile eſt ad explicandum: infra recte ſcriptum eſt. *Mart.* quo de forſan aliquid ap. Montefalcon. al.
b) In Ms. Ba. verba φησ. — συστησ. colis comprehenduntur. *Mart.*

ratio non interpungendi poſt πεπλ. nectat τῶν — συνελθ. cum pr. πλήθους; *multitudine — eorum, qui* ab *omni* circa *eam* regione *ibi* ſ. illuc *convenerant*, ſenſu utrinque parum diverſo, dum P. libere aliorſum vagatur. Sed Bg., rectionem v. πεπλ. cum gen. melius ſervans, quam P., tamen ex illo ſupplet ſubſt. ἀνθρώπων, quanquam in regione alia, ſeverior que in ſervato adi. πασ., tamen cum eo fere mutat formulam περὶ αὐτ. in adi. affine.

διὰ προγρ.) P. merum caſum ſextum ſyn. formulae Bg. auget addito particip., pro ſevero *per edictum*, cf. Bud. C. 216, 20. Stp. Th. tantum e Luc., ubi v. Ind. cum N., it. Sb. e Xiph. et Zos. 1, 51, 4. tum Eutr. Met., Phil. p. 753. D. m. Suid. Hes. Thom. M. p. 739. et Cang. Gloſſ. v. Lat. *programma*, e ſcriptt. tantum Lat. ſed „πρ. *proſcriptum*, in Gl. Gr. L. edictum, *ſubmonitio* per *libellum*, lib. Baſilic. it. Harmenopul." at Oederi lib. ſingular. de programmatis Graecorum p. 36. m. „edicto *iuſſit* pubem *univerſam* in *certum* campum *confluere*" e ſolo Noſtro, qui variat cum δήλωσις 2, 13, 4. In Excp. ap. Suid. 1, 233. e. διὰ δὲ προγρ. τὴν νεολ. — συνελθ. *edicto* propoſito *iuſſit* rel.

πᾶσαν τ. νεολ.) Dio complures eiusmodi lanienas Alexandriae factas commemorat. Spart. (in Carac. c. 6. p. 717. i.) *inde Alexandriam petiit, in gymnaſium populum convocavit, eum que obiurgavit, legi etiam validos ad militiam praecepit. Eos autem, quos legerat, occidit exemplo Ptolemaei Evergetis. — Dato praeterea ſigno militibus, ut hoſpites ſuos occiderent, magnam caedem Alexandriae fecit.* Exemplum Evergetis Phyſconis v. ap. Val. Max. 9, 2. ext. 5. *Boecl.*

Cf. ib. Cas. N. 2., dum Spart. conſentit cum Noſtro in πεδ., qui cum 4, 2, 17. ἐς τιμ. τοῦ βασιλέως variat in praep. et ordine, ſed ad analog. ſcribit in ſq. φ. συσ., quod v. cum acc. perſ. ſenſu hoc militari, pro Bg. e P. ſ. colligere, nobis *errichten* ſ. *aufrichten*, ignoratum a Stp. Th., cf. ap. Krebs. Decr. R. p. I. p. 266. e. M. O. Nov. T. 6. p. 511. e. Graben. de Protect. p. 5. eum Ind. Diod. S., ubi vis med. ſervetur hic, pro ſibi, in uſum ſuum. Tum in ſq. Σπαρτ. videtur reſpici ad 4, 8, 7., ſed altera phalanx memoratur modo a Xiph. Sb. 433, 10. ταῦτά τε ἐν τῇ Νικομηδείᾳ χειμάσας ἔπραξε, καὶ φαλ. τὴν Μακεδ. ἐξήσκησε.

ἐπωνύμους) Congruentius cum Schotto legemus ἐπώνυμον, ſingulari nu-

ϛιχηδὸν [c] τοὺς νεανίας πάντας διαϛῆναι, ὡς ἂν [d] ἐπελθὼν ἕ-

ordine iuvenes omnes diſtributos conſiſtere: ut eos per-

c) ϛοιχηδὸν Ms. Ba. v. N. d) Ms. Ba. ὡς ἂν, ἐπ. ἕκαϛον ἴδοι λ. ſed comma poſt ἐπ. in A. al., at poſt ἑκ. in Stp. rel. v. N.

mero, ut referatur ad φάλαγγα. *Sylb.* Aut φάλαγγας in plurali eſt legendum, aut ἐπώνυμον in ſingulari. *Reisk.* i. e. Alexandrinos v. not. ad Eclogas. Conſtantinus ap. Euſeb. Vit. Conſt, 4, 36. de Conſtantinopoli ſcribens ait: κατὰ τὴν ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν. *Stroth.*

Qui in N. Chr. „forſan melius ἐπώνυμον, ſed ſaepius Herodianus per ſyntheſin plurali utitur pro ſingulari. Senſus eſt: ſe velle ex Alexandrinis phalanga conſtituere, ſicuti iam haberet Macedonicam et Spartanam. ἐπώνυμοι τοῦ ἥρωος enim ſ. *ab Alexandro denominati* ſunt Alexandrini.“ In Excp. ap. Suid. 1, 233. e. φήσας, εἰς τὴν 'Αλ. τιμ. φάλαγγας συϛήσασθαι, dicens, *ſibi* in *animo* eſſe *in* hon. *Alex.* phalanges *conſcribere*, ubi adeo comparet plur. ille φαλ., ſed aeque per libertatem illius compilatoris, ac in contractis rel. Contra Bg. refert ſing. etiam in ἐπων., (quem et maluit Beck. in Specim. hiſt. bibl. Alex. p. 18. N. 14.) dum P. nihil edicit per obliquam orationem et confuſam, pro quibus Sch. „ἐπωνύμους 'Αλεξάνδρου, *cognomento* Alexandri *vocatas* phalanges“ nihil me ſine libris tentante, et, dum novi Codd. accedant, contento illa Stroth. ſyntheſi, ſed in aliam partem, ut plur. ἐπων. referatur ad ſing. φαλ., tanquam collectivum, quanquam per ſe confuſio, ut alibi, incidiſſe poteſt in α et ας, cf. 3, 12, 22., it. in ους et ον, cf. 1, 16, 7. e. in Noſtri rectionem ἐπων. cum gen., ubi Stp. Th. hinc ſine Vs. 2, 1330. F. i. e vulg. plur., ubi Bg. de ſuo in artic. τοῦ ἡρ. pro libero pron. P., qui et liberior in expleto v. εἶχεν ad enunciationem mancam in ὡςπ., ubi aeque aliud ſupplemendum valeat, repetendum e pr. inf. συϛ., v. c. *uti* iam *conſtituerit*; quanquam Bg. melius nihil dedit, etiam e Lat. uſu, in interpoſita comparandi particula cum ſubiecta altera οὕτω, qui ordo iunctarum iſtarum particularum in una enunciatione eſt Gr. quoque, cf. ſyn. ὡς — οὕτως ap. Ael. V. h. 4, 17. e. Xen. M. S. 4, 2, 30.

ϛιχηδὸν) Hoc adv. Stp. Th. modo hinc profert, hac ſcriptura non iterum mihi repertum, niſi hinc quoque ap. Suid., cf. §. 12. e. ad αὐτὸς, et ap. Heſy. 2, 1272. i. κατὰ ϛίχον ϛῆσαι, ubi mox ϛίχους, τάξεις, κλήθη, et ib. p. e. altera Ms. cum κατὰ τάξιν, κατὰ ϛοιχεῖον, etiam ſine auctoritate, e quo et Stp. Th. 3, 988. C. ſolum tenet et e Gregor., ſed Vig. p. 361. i. rurſus ſine auctore, quem habui Dion. H. S. Ind. T. 1., quocum Gloſſator Ms. compararit, quia, etſi confuſio litterarum cogitari poteſt, tamen vulg. tum tolerat L. Ern., tum ſenſus eodem redit, cum, praeter illas Heſy. expoſitiones utriusque adv. easdem, et L. Ern. reddat utr. eodem Lat. ſyn. abl. Bg., et themata ſubſt. ϛίχος et ϛοῖχος fere conveniant, quanquam de poſtr. interdum dubitatum eſt, cf. ad Poll. 7, 142. N. 56., ubi tamen 7, 147. ſine Var. L. habetur ϛοιχὰς, ſicut recta ſunt τεῖχος et τοῖχος. Caeterum Bg., in rel. ſeverior in ordine, quam P., tamen cum illo in δὴ per ſyn. et in v. διαϛ. partim, addito quippe particip., pro quo malim *conſiſtere* ſ. ſtare *ſeorſum* et intervallo quodam relicto, (quo forte reſpexit P., ſi omiſit pr. adv. ϛιχ.) ut fit in militum ſerie per luſtra, et cogitari debet quoque ob ſqq., ut transeundi permeandi que Caracallo copia ſit.

ὡς ἂν) Ms. res prima pertinet ad diſtinctionem, comma poſt ἂν, ut

κασον ἴδῃ, πῶς τε [e] ἡλικίας ἔχοι καὶ μεγέθους σώματος καὶ εὐεξίας, εἰς στρατείαν ἐπιτηδείου. ταύταις αὐτοῦ ταῖς

luſtrans unumquemque conſideraret, qua aetate ſit et ſtatura ac habitudine corporis 10. ad militiae uſum. His

e) Ms. Ba. πῶς τὲ cf. 4, 8, 16.

ſupra aliquoties, cf. 4, 5, 5., quod et hic locum habet, ſi poſt ἐκ. idem facias, ubi et fit in Stp. al. Sed quum ibi Ms. nullum poſuerit; librarius nil ſecutus fuerit, niſi morem ſuum. Qui editores poſt ἐπελθ. ſtatuere comma, iis opus erat ſupplere pron. αὐτοὺς e pr. membro, quod et diſerte Bg. refert, nullam in Ms. ſuo addens diſtinctionem per regionem hanc, ubi et ego nihil ponendo liberam permiſi rectionem, nihil etiam dirimente P., dum omiſit v. ἐπ., quo de vi iterum militari cf. 3, 10, 2. Sed deinde Ms. alius modus, opt. pro coni., habet parem rationem cum contraria mutatione coniunctivi in optativum, in Ms. obvia ſupra, cf. 3, 12, 6. e., nec hic edicente certi quid P. per impf. coni., quod ſervans Bg., conſecutionem temporum Lat. violat poſt praeſ. κελ, et quoque poſt impf. hoc per praeſ. ad ſq. opt. ἔχοι, e quo forſan librarius priorem coni. tentavit, ut unum modum teneret, cum ſaepe concurrant diverſi verborum modi, per enallagen, quanquam nec lapſus in his noſtris vocalibus improbabilis.

πῶς τε) i. e. πῶς ἑαυτὸν περὶ τῆς ἡλ. ἔχοι, v. Hoogeveen. p. 193. (ad Vig. N. 76. ſ. ed. Z. p. 242. N. 55.) Paulo aliter Boſ. p. 250. (Ell. ed. Schw. p. 370. m.) ſcil. πῶς τὸ χρῆμα τῆς ἡλικ. ἑαυτὰ ἔχοι. *Leisn.* int. ad genitivos περὶ ſ. ἕνεκα. *Stroth.*

Cf. 1, 7, 7. et Schw. ad Onoſ. p. 20. N. 36. ſed ap. Ael. V. h. 12, 1. p. 717. e. ἀρκούντως μεγέθους ἔχουν, cum N. 37., tum hinc ſine Vs. ad Luc. 2, 552. N. 80. ſed ib. 1, 723. l. 2. πεῖραν αὐτοῦ διδοὺς, ὅπως ἔχει πίστεως λ. *qualis* ſit *fide*, ad quam analog. Noſter per ſyn. interrog. finxit formulam, pro liberrimis P. redditam a Bg. ſic, ut mutaret gen. in abl., ſed ad caſum hunc accommodaret pron. affine, ſumtum pro Gr. adv., cum Sch. fere in v. „ἔχ. *qua* eſſet *aetate*, (ſed in π.) *quomodo* aetate *haberet*" ſ. *ſe haberet*, ſed ut in hoc v. G. Th. non teneat talem abl., dum Bg. e P. transfert gen. σωμ. ad ſq. ſubſt., quia et alias ſic ponitur gen. intra duo ſubſt., ut ad poſtr. quoque pertineat, cf. 4, 2, 21. πλήθους; et diſerte infra 6, 3, 2. ſic copulatur, ἐς τὴν στρατιὰν ἠθροίζοντο, ὅσοι σώματος εὐεξίᾳ καὶ ἡλικίας ἀκμῇ εἰς μάχην ἐπιτήδειοι ἐνομίζοντο, etiam ap. alios, quos deinde ſubiicio, intelligens extrinſecus adi. λοιπῆς ſ. ἄλλης, ob iam praemiſſa duo, *quoad* reliquum *corporis* habitum *bonum*, (quod adi. Bg. e P. omiſerit ob ſq. adi. ἐπ., forte ſine neceſſitate,) tum capiens εὐεξ. de ſanitate, i. abſentia morborum, it. de robore ac viribus, denique de integritate membrorum atque abſentia vitiorum defectuumque, gibborum, ſtrumarum, rel., cf. Suid. Hes. cum N. Ind. Sb. Luc. Xen. Z. Bach., ubi diſtinguitur ῥώμη, M. S. et Pol. ubi Lac. 7, 3. cum gen. σωμ., ut et ap. Phil. p. 763. E. e. it. ap. Iſ. Mor. Pan. init. et ad Diod. S. 2, 116. N. 13. cum Carpz. parad. p. 472. ſq. et Foes., ſeveriorem P. in ſq. εἰς στ. ἐπ. deferente liberrime Bg., ubi licuit, *habitu* corporis, *ad* militiam *apto*.

ταύταις) Pro P. libero ſeverior Bg. tamen omittit alterum pron., re-

ὑποσχέσεσι πιστεύσαντες οἱ [f] νεανίαι πάντες, ἐοικότα τὲ ἐλπίσαντες διὰ τὴν προϋπάρξασαν [g] παρ' αὐτοῦ ἐς τὴν πόλιν τιμὴν, συνῆλθον ἅμα γονεῦσί τε [h] καὶ ἀδελφοῖς, συνηδομένοις

promiſſionibus confiſi iuvenes omnes, veriſimili ſpe ducti propter iam habitum urbi honorem, convenerunt, una cum parentibus et fratribus gratulantibus eorum ſpei.

f) In Ms. Ba. οἱ abeſt. *Mart.* omiſſo articulo, ut alibi, qui hic vix elapſus ob vicinitatem, retentus que a Mss. rel., mollior eſt ad laevitatem, firmandus idem e §. pr. i., ubi Ms. non tentabat. g) ὑπάρξασαν Mss. tres, v. N. h) γονεῦσι τὲ Ms. Ba. cf. 4, 8, 21.

ſtitutum iam a nobis e Stp. m.) ubi Noſter ad analog. in πισ. cum ὑπ., it, ad Herdt. 12, 99. εἰκότα ἐλπίζων per ſyn. ἐοικ., ubi Stp. Th. 1, 1116. A. hinc „ea, quae conſentaneum erat, ſperantes" praeter P., e quo Bg., (niſi quod copulam τὲ non cum eo ſervat, reſtituendam illam olim vel ex illo, vel e Stp. m.) vanum diſcrimen ſtatuente Ammon. in ἐοικ. et εἰκ. p. 54. m. cum Moer. in aliam partem p. 148., cf. Thom. M. p. 86. Suid. 1, 880. m. Hes. Ind. Herdt. cum Gron. ib. N. 57. b. ad 10, 36. ſed ſine Ind. Dion. H. S. T. 2. 22, 8. Upt. ed. p. 170. e. it. Dem. 875, 7. cum Stp. Th. 1, 341. F. m., ſicut eadem ſunt affinia adv. εἰκότως et ἐοικότως, cf. ad Poll. 9, 131. N. 45., pro quo ſi neutr. adi. et hic ſumatur: ad Lat. rationem in v. *ſpectare* cum aliquo adv. redeas, cf. G. Th. 521, 16. ſqq. et Excp. ap. Suid. 1, 234. i. οἱ δὲ συνῆλθον ἀγαθαῖς ἐλπίσι.

προϋπάρξασαν) Pol. dicit, *ob* inſignem *honorem*, paulo *ante* exhibitum *principi*, quum tamen dicendum ſit *exhibitum urbi* rel. *Steph.* In Memmii quoque codice correctum erat, *honorem*, *paulo* ante *civitati* habitum *a* principe. *Sylb.* Venet. ὑπάρξασαν quod praeferendum puto, v. quae diximus ad Eclogas. *Stroth.*

Qui in Chr. cum in textu ſtatim edidiſſet ὑπαρξ. pergit in N. „ſic ex Cod. Ven. reſtitui; vulgo enim legebatur προϋπαρξ. at ὑπάρχειν ap. ſat multos ſcriptores, praeſertim Atticos, eſt *prius* aliquid *facere.* Sic eſt in Dem. p. Cor. διὰ τὰς εὐεργεσίας, ἃς ὑπῆρξαν εἰς ὑμᾶς. omittam Platonem, Thuc. Iſocr. Ariſtot. qui eodem ſenſu hoc vocabulo utuntur. perperam interpretatus eſt Pol. hunc locum." De errore P. patet, quem et Bg. emendavit cum libertate quadam, magis in omiſſis παρ' αὐτοῦ, (quae olim reſtituentur,) quam in formula τιμ. ἐς τὴν πολ., mutata in dat., maxime ob delectum paſſ. ad v. προϋπ., quod Bg. ſervat, ſeparatim modo expreſſa praep. iterum, cf. 2, 3, 13. e., pro vicinioribus, *propter iam* declaratum *ab* eo *in* oppidum *honorem*, ſ. propter priorem ab eo ſ. eius in urbem honorem, hoc eſt, quia adhuc tribuit urbi hoc, ut eo veniret, ibi que verſatus cum civibus celebritatem et feſtum obiret, cf. §. 6. cum cap. pr. §. 20. Qui ſenſus quum ſit commodus, ſed noſtri Mss. ſaepe adhuc tum ſimpl. pro compos. praebuerint, tum etiam exquiſita vulgaribus ſubſtituerint: nihil hic ego quidem agnoſco, quam Gloſſatoris operam, non quo lapſus ſit in omittenda praep., ſed quod v. vulg. viſum ei inſolentius cum pr. παρὰ, quam noverat ille uſitatiorem cum v. ſimpl., cf. 1, 4, 5., quae nec debet neceſſario cum illo praeced. v. vulg. iungi, ſed aeque cum ſq. et inferiori ſubſt. τιμὴν, quo-

αὐτῶν ταῖς ἐλπίσιν. ὁ δ' Ἀντωνῖνος, ἑςῶτας αὐτοὺς ἐπιὼν, ἑκάςου ἐφαπτόμενος, καὶ ἄλλο [i] ἄλλου λέγων ἐγκώμιον, παρήει [k]· ἔςτ' ἂν [l] αὐτοὺς, οὔτε τὶ ὁρῶντας, οὔτε προςδοκῶντας [m], τὸ ςρατιωτικὸν πᾶν ἐ-

11. At vero Antoninus diſpoſitos ipſos perluſtrans, unumquemque contrectans, et aliud in alio laudans, tranſibat. donec illos, neque quidquam videntes neque expectantes, exercitus univerſus

i) Ms. Ba. ἄλλου ἄλλο λεγ. alio ordine adi. iterum, ſed hic ſine diſcrimine ad laevitatem, et vulg. ordinem cum Mss. rel. agnoſcente etiam P. k) Comma hic in A. al. ſed punctum in Lugd. cf. ad 3, 12, 21. e. l) Ms. Ba. ἕς τε αὐτοὺς λ. ſed Mss. Ve. et Vi. ἔςε αὐτ. diſſidentes adeo in ſcriptura particulae, diviſae cum ed. Bs. 2., aut iunctae cnm al., cf. 3, 12, 22., ſed convenientes tum in plena vocula ſine apoſtr. cf. 3, 11, 13., tum in omiſſo ἂν, quo de v. N. m) προςδεκοῦντας Ox. cf. 2, 4, 17. e.

cum et habuimus ſupra iam 2, 3, 16. 3, 11, 2., qua in rectione commode poterit liberius dari per merum gen. pron. *αὐτοῦ*, ut in Vs. ante monſtrabam, quia praep. cum ſuo adiuncto ſubinde ſtat in periphraſi gen., in primis illa noſtra Gr., ut Lat. *a* ſ. *ab* cum pron. demonſtr., cf. Weſth. ad Ter. Andr. 1, 1, 129. cum 3, 1, 3. 4, 4, 17. et ſimile quid ap. Thuc. 89, 71. *διὰ τὴν πρ. ἀξίωσιν*, *propter* priſtinam *dignitatem*, ſed in ſq. *συνηδ.* Bg. e Sch., deſerto P., 2, 8, 13., ubi ad analog. modo cum ſubſt. *ἐλπ.*, i. qui ſimul cum ipſis iuvenibus laetabantur ob ſpem illam, fore, ut adſciſcerentur ab eo in militiam ita honorificam, cf. §. 8.

ὁ δ' Ἀντ.) E P. hic Bg. modo in *δὲ*, cf. 3, 2, 12., ſeverior in pron. *αὐτ.*, ſed in v. *διεςτ.* fere ut §. 9., ubi quod ſequitur *ἐπελθ.*, variatur hic per *ἐπιὼν*, non tenente Stp. Th. ſq. v. *ἐφ.* Bg. e P., at ſyn. et Sb. Ind. *contingens*, it. rectionem cum gen. perſ. ſ. rei, et phyſice ſ. tropice, nec male pro ſimpl., hic quidem pro demulcere blandimenti cauſa, cf. Hes., non coll. Suid. Ind. Diod. S. Luc. Dion. Cas. et Soph. Ai. In ſq. Bg. libere e P., pro *aliud alius* proferens *encomium*, ſ. laudem aliam rel. aut Sch. „praeconium *aliud* alius *dicens*“ quo in v. ſaltem G. Th. habet acc. *laudes*, unde Noſter per analog.

ἔςτ' ἂν) Venet. *ἔςε αὐτοὺς*, perperam. Secus iudicavi ad Eclogas. *Stroth.* qui in N. Chr. „Cod. Ven. omiſſo *ἂν*. haud male.“ Nempe *ἂν* omiſerit librarius aut per lapſum ob ſq. litteras *αυ* ſimiles, cf. 1, 15, 16., aut e gloſſa, ut moneret, id redundare poſt voculam temporis iſtam, vel ab aliis tum omitti, cf. laud. ad 3, 12, 22. it. Hes. 1, 1468. i. *ἔς' ἂν*, *ἕως οὗ*, *ὅτε ἂν*, pro quo Suid. 1, 872. i. ſolam explicat iisdem, ſed cum *ἂν* quoque v. c. ap. Luc. 2, 30. l. 18., ubi Gs. ſimiliter in Vs. non exprimit.

ὁρῶντας) Num *δρῶντας*? Subaudi *κακὸν*. *Reisk.* Sed cum libris omnibus manet in vulg. etiam P., abiens tantum in pron. *τὶ*, quod ille, opinor, retulit ad ſq. v. *ἐκυκλ.*, cum et ibi ſuppleri queat illud Rs. *κακὸν*, quod facerent vel milites Caracalli, vel ipſe hic; unde nec opus Leisn. in m. Ox. „leg. *ὑφορῶντας*“ tenente Stp. Th. in v. *κυκλ.* aliunde Bg. e P.

κυκλώσατο. ὡς δὲ ἐτεκμήρατο [n] ἤδη αὐτοὺς εἶναι ἔνδον [o] τῶν ὅπλων περιειλημμένους, καὶ ὥσπερ ἐν δικτύοις σεσαγηνευμένους, ἐπελθὼν πάντας, αὐτὸς [p] μὲν ὑπεξέρχεται μεθ' ἧς εἶχε φρουρᾶς περὶ ἑαυτόν [q],

12. circumvenit. Ut vero coniecturam fecit iam eos eſſe militum ſuorum armis incluſos quaſi que circumretitos, perluſtratis omnibus, ipſe quidem ſubducit ſe cum praeſidio, quod habebat circa ſe;

n) Neque hic comma fuit per edd. aut Mss. neque poſt ἤδη, ſed poſt ἐτεκμ. in Chr. Stroth. v. N. o) ἐντὸς τῶν ὁ. Ms. Ba. et Vi. v. N. p) αὐτοῖς Mss. Ve. et Vi. v. N. q) περὶ αὐτὸν Ms. Ba. v. N. ſed punctum in A. al.

ἐτεκμήρατο) Stp. Th. 3, 1363. F. „quum *vero* coniiceret, *ipſos* iam *eſſe* militum *ſuorum* armis *concluſos*" pro quo Bg. e P., in cuius tamen Vs. per edd. quaſdam poſt *fecit* comma eſt, non item in ed. Lat. illa Antw., dum adv. iterum ambigue ſtat intra duo v., utrique per ſe aptum, unde diſtinctionem et ego omiſi. Sed Mss. aliud adv. ſ. praep. e gloſſa eſt vel per ſe, cf. Hes. 1, 1262. m. ἐντὸς, ἔνδον, ἔσω, et 1476. i. ἔσω, ἐντὸς, ἔνδον, vel per comparationem cum 2, 13, 9. ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς, ὥσπερ σαγηνεύσας ἐντὸς τῶν ὅπλων, δορυαλώτους εἶχε, pro quo Noſter variat tum in rel., per copiam adiunctis, tum in pr. ἐνδ., ubi Noſter cum gen. rei, quaſi loci, per analog., cf. Rs. Or. V. 7. Ant. Fa. Aes. Soph. Ai. v. 218. et Abr. ad Aeſch. T. 1. ubi et cum dat., (ut abſolute pro inferius, in ſcripto ſ. libro, ap. Diog. L.) per quae videtur ſatisfactum Beckio, qui et ipſe in ſpecim. hiſt. bibl. Alex. p. 18. N. 14. ἐντὸς malebat; dum hic eſt Bg. e P. liberior, omiſſam praep. includens in v. Lat. ad περ., in cuius Ms. etiam Leiſn. rubro colore lineam duxerat ſub gen. iſtis *mil. ſuor.*, qui ſunt itidem e P. ex abundanti perſpicuitate, non item brevitas illa in ſq. membro, ubi copiam Noſtri peculiarem in iunctis affinibus ſubſt. et verbo ſaltem ſic imitaturus eram, *et* quaſi *verriculis* ſ. ſagena *circumretitos*, circumvallatos, circumſcriptos, cf. G. Th. v. *ſag.* et *circumret.*, quod etiam cum affini *indagine* tenet. Denique oppreſſit P. ultimam Noſtri copiam in repetito v. ἐπελθ. π. e §. 9. poſt ἐπιὼν §. pr. ad variandum.

αὐτὸς) Ven. vitioſe αὐτοῖς. *Stroth.* e confuſis ο et οι, cum, praeter Ms. Ba., ſervet quoque P. nominativum, non per ſe cum tertia perſ. verbi neceſſarium, niſi quoad eſt in oppoſitis §. ſq. οἱ στρατ., non me quidem reperiente cum v. ὑπ. dat. perſ., (etſi conceſſuro illum per ſe ex analog. iſtius ſyn. ὑπεξίστασθαι, cf. Xen. Z. Pol. et Plut. Krg.) nec per notionem P. *ſtatim — exceſſit*, quam et deſeruit Sch. „excedit *clam*" quam ad vim, non negandam, ubi abſolute ſtat, ut h. l., redit et Bg. formula, ab aliis quoque adhibita, cf. Ind. Dem. et Luc.; ſed ſine Ind. Thuc. 186, 64. 282, 41. cum N., 416, 50. 546, 76. cum Abr. Dl. p. 303. e. it. Zoſ. 1, 20, 3. ſed Excp. ap. Suid. 1, 234. i. στιχηδὸν δὲ ἑστῶτας ἰδὼν, αὐτὸς μὲν ἐξῆλθεν, ἐπαφῆκε δὲ τοὺς στρατιώτας.

εἶχε) Schotti Ms. εἴχετο, quod in hac ſignificatione minus uſitatum eſt. *Sylb.* Ms. Schotti εἴχετο perperam. *Stroth.*

Nempe inſolens illud paſſ. ſ. med. hic e contextu, non quoad ca-

ὑφ' ἑνὶ δὲ σημείῳ προσπεσόντες πανταχόθεν οἱ στρατιῶται, τὴν ἐν μέσῳ πᾶσαν νεολαίαν, καὶ εἴ τινες ἄλλως παρῆσαν, παντὶ τρόπῳ φόνων ἀναιροῦσιν [r], ὡπλισμένοι τε ἀόπλους [ſ] καὶ πανταχόθεν περιειληφότες. τῶν δὲ στρατιωτῶν οἱ μὲν

13. caeterum ſemel ſigno dato irruentes undique milites, omnem, quae in medio erat, iuventutem, et ſi qui aliud agentes aderant, omni caedis genere trucidant, ipſi armati illos inermes undique circumplexi.
14. Atque e militibus

r) Colon in Ms. Ba. ſ) ἀνόπλους una Bc. 2. v. 1, 12, 13.

ſum, quem caſum ſecundum alias ſane habet, ſed d. ſubſt. φρ. et cum pr. περὶ, in qua tota formula, (a Noſtro per analog. facta, cf. Zoſ. 6, 7, 7. e. μεθ' ἧς εἶχε βαρβάρων δυνάμεως, *cum* barbarorum *copiis*, quas *ducebat*, Polb. 2, 295. m. συσραφεὶς μεθ' ὧν εἶχε περὶ αὑτὸν ξένων, peregrinis, *quos* ſecum *habebat*, rel. et Xen. Hell. 5, 3, 22. e. μεθ' ὧν εἶχε περὶ αὑτὸν, Th. V. 3. p. 322. e. cum *iis*, quos *habebat* apud *ſe*, it. G. Th. in praep. 910, 27. ulcera, *quae* callos — *circa* ſe *habent*,) brevior eſt P. ex illa interpretum ratione, quae v. ἐχ. per pr. *cum* reddit, ſed Bg. ſeverius, niſi quod rectionem ſequitur, quam partim monſtrat Sch. in φρ. „μετὰ φρουρᾶς, ἧς εἶχ. π. ἑ." coniecto ſubſt. poſt pron. rel. iterum, at ſervato caſu praeced. in contracta oratione, cf. 1, 17, 10. et Exc. ad 1, 4, 2. p. 832. e. ſed in Ms. lenem pron. et ſyn. 1, 11, 15., dum aſperum et P. tenet oblique.

ὑφ' ἑνὶ) Cum pr. contraxerat P. hanc §. cum libertate alia, unde partim Bg. in formula ὑφ' ἑ. σ., (aeque libere ac in ſyn., qua hic variatur, ſupra 2, 13, 7. ὑ. ἑ. συνθήματι, ubi et dedimus, ad quorum analog. h. l. ſcribitur,) ſed Sb. Ind. „ſimulatque *ſignum* datum *eſſet*., (at v. εἰς) ἐφ' ἑ. σ. *cum* primum *datum* eſſet *ſignum*" per aliam praep. memoriter, cf. 2, 13, 7. Mox Bg. in τὴν ἐν μ. λ. ſuppletum part. οὖσαν reſolvit de ſuo, it. in εἴ τ. ſeverior.

ἄλλως) *et ſi qui* alia *de* cauſa *aderant*. Poteſt vero ἄλλως et aliter exponi. *Steph.* Cum P. omiſiſſet: aliter quoque Bg. vertit longius que, quam ſupra, formulam non exponente G. Th. in v. *ag.* 213, 72. 217, 102. ſed Weſth. ad Ter. Eun. 2, 3, 56., mihi ut hic quoque ſufficiat illud Stp. *alia* de *cauſa*, quam illi iuvenes, non ut legerentur milites, ſed tantum ſpectandi cauſa, et tanquam ſpectatores, vel etiam notio iſta pro forte ſ. caſu, cf. 1, 17, 7. Reſpiciuntur autem iuvenum propinqui §. 10. et alii ex urbe et agris vicinis §. 7., cf. Dion. C. 1307, 37. συναπώλοντο δ' οὖν αὐτοῖς καὶ τῶν ξένων πολλοί. Mox παντὶ λ. libere P. reddit, ubi Stp. Th. v. φον. hinc ſine Vs. ſed Noſter ad analog. modo tum in π. τρ. cum φ., tum in φ. cum v. ἀν., pro φονεύουσι παντὶ τρ., cf. G. Th. 681, 19. 22. *primis* una *tot* caede *peremtis*.

ὡπλισμένοι) Variatur in oppoſitis ordine, it. ſyn. ἀοπλ. cum 1, 12, 13, 2, 5, 4. cf. Sb. Ind. et Thuc. cui add. 294, 89. et ſine Ind. Dem. 170, 19., it. Xen. Cyr. 6, 4, 16., omittente P. ὡπλ. et ſqq. καὶ παντ. περ., ſed Leisn. ad m. Ms. Bg. notante „non reddit καὶ" male quidem, olim re-

ἐφόνευον ἔξωθεν, οἱ δ' ὤρυττον ὀρύγματα μέγιστα [t], ἕλκοντές τε τοὺς ἐμπίπτοντας [u], ἐνέβαλλον, πληροῦντες [x] σωμάτων, καὶ τὴν γῆν ἐπιχέοντες,	alii caedem tantum faciebant, alii ſodiebant foveas ingentes, ac trahentes oblatos iniiciebant, replentes eas corporibus: terraque aggeſta ma-

t) Hoc comma in Ms. Ba. cum ed. Bs. 2. al. pro colo Stp. rel. et puncto A. al. u) Ms. Ba. τοὺς πλείστους ἐνέβαλον λ. forte eſſe debet τοὺς πληγέντας. Stephanianum mihi minus placet. *Mart.* ſed Mss. Ve. et Vi. πίπτοντας, v. N. ſed Ms. Ba. aliud tempus, aor. 2. pro impf., ut 3, 7, 1. e. ſed hic quoque ed. Lugd. x) Ms. Ba. πληροῦντες τῶν πιπτόντων σωμάτων, cum commate ſic noſtro, quod et in ed. Bs. 2. al. pro puncto A. et colo Stp. rel. v. N.

ſtituendum, cum ad pr. παντὶ πε. φ. ἀναιρ. ſubiiciantur duae vel cauſae vel explicationes, quia tum armati inermes aggreſſi fuerint, tum undique illos circumplexi; ubi ἀοπλ. pertinet ſimul ad pr. v. ἀναιρ., non vero ad ſq. περ., ubi Sch. „π. παντ. αὐτοὺς, *quos* comprehenderunt *undiquaque.*“ Idem vero Bg. explet ſine neceſſitate pron. primum αὐτοὶ, ſed alterum ἐκείνους ad perſpicuitatem, quia Lat. *inermes* etiam in nominativo ſic habet, quem tamen ſtultiſſimus modo lector hic ſumat.

ἔξωθεν) Pol. et Bg. id reddunt *tantum.* Quid ſi exponeretur *extra ſcrobes*, ob ſqq. *Leisn.* alii *caedem* tantum *faciebant.* Immo vero: *forinſecus* caedebant. Erant enim Alexandrini cincti a Caracallae militibus. Hi igitur caedendo viam introverſus ſibi ſternebant. *Gedik.*

Leisn. et in m. Ox. „quid ἔξωθεν?“ In quo adv. ſane et Sch. dederat illud *tantum*, quod nullo modo ſignificare poteſt, liberrime a Bg. e P. ſervatum e ſupplemento, quia milites quidam *extra*, i. e. in extrema parte et acie ſ. circulo, tantum armis occidebant vulnerabant ve circumſeptos, alii vero aliis inſtrumentis intra circulum, in eius que area veluti, foveas faciebant; quod alterum, v. c. ἔσω ſ. ἔνδον, Noſter opprimit, ut alibi alterutrum e talibus relatis atque oppoſitis, cf. 1, 15, 6. m. it. 4, 7, 6, et ſimile quid ap. Phil. p. 767. B. e. οἱ μὲν εὐθὺς ὤρυττον βόθρον, foveam *fodiunt*, οἱ δὲ πρὸς βίαν εἷλκον ἀφυνιάζοντα λ.

τοὺς ἐμπίπτοντας) *et* attrahentes, *quicunque* in *eorum* manus *incidebant*, in *eas* coniiciebant. *Steph.* Ven. πίπτοντας, quam lectionem in Eclogis quidem amplexus ſum; nunc vero, re melius perpenſa reiiciendam duco. Si enim Herodianus hoc verbum adhibere voluiſſet, dicendum ipſi fuiſſet πεσόντας non πίπτοντας. *Stroth.*

Qui cum in textu Chr. ſtatim edidiſſet ἕλ. τε τοὺς πίπτοντας ἐνεβ., in N. „ſic e Cod. Ven. reſtitui, vulgo enim male legebatur ἐμπίπτοντας“ quod, omiſſum a P., praeter Stp. in m., quoque Bg. ſequitur, converſum ut 3, 9, 18. 1, 12, 15. e., habens que commodum ſenſum, iuvenes, propinquos, cives, ruſticos, retentum item a Stp. Th. 3, 316. F. m. ſine Vs. Sed contra Mss. duorum πίπτοντας non firma Strothi eſt cauſa, a tempore ducta, cum et in vulg. lectione praeſ. debeat ſumi cum Bg. pro praet. ſ. impf. Mihi videtur ſic, in marg. ſtetiſſe πιπτοντ. ſic per compendium, ut extrema ſyllaba ſupra ſcripta, quae eſſet, non ſatis appareret. Stetit autem ibi, ut gloſſa, quaſi compoſ. hic valeret pro ſimpl., aut ut pertinens ad ſq. membrum, ubi diſerte refert Ms. Ba.

μέγιϛον ἤγειρον ταχέως [y] πολυάνδριον. πολλοί τε καὶ ἡμι-

ximum excitarunt mox tumulum. Multi etiam ſe-

y) Ms. Ba. ταχέως τάφον πολυάνδριον, ſed Ms. Ve. ταχ. τάφον πελυανδρίᾳ h. v. N.

alio caſu, qui gen. et ipſe latere potuit in iſto compendio. Hinc in textum prioris membri venerit, alieno loco, ut ſaepe. Sed cum auctor Ms. Ba. ſecundo in membro ſuppleviſſet id, (auctum articulo, ut alibi, et forte quoque additum, ut moneretur, σωμ. hic eſſe i. q. πτωμάτων, cf. 1, 15, 13., quo et reſpicit P. *cadavera*, non tamen neceſſario intelligendo Gr. de mortuis, ſed et univerſe cum Bg., ob ſqq. ἡμιθν. et ἀτρ.) pro vulg. ἐμπιπτ. placuit illi ſubſtituere aliud quidvis et adeo illud τοὺς πλεἰϛους, ubi nec articulum requiras, et vim alienam agnoſcas tum e litteris vulg. abhorrentibus, tum e diſſenſu Mss. rel. ad ſecundum membrum, ubi ad v. πληρ. explet Bg. pron. αὐτὰ e pr. ὀρυγμ., (unde et Stroth. in Chr. N. „ſc. τὰ ὀρύγματα“) ducens ſua ad ſq. τ. γ. ἐπιχ. partim e P. pro Sch. „aggerentes *terram*, (qui praefixerat) ἐπιχέω, ex χέω, *fundo*“ ſed Sb. Ind. modo „ἐπιχέοντες γῆν“ et Stroth. Chr. „ἐπιχέω, darauf *ſchütten*“ dum hoc thema de fluidis modo reperi, cf. praeter L. Ern. et N. T., quoque Ind. Ael. V. h. Xen. Bach. cum Polb. dubio loco, et tantum Stp. Th. 4, 472. A. e. ad χεῦαι „Euſt. et Schol. Hom. ait χέειν interdum poni pro γῆν ἐπιχέειν τοῖς τεθνεῶσι, *terra* obruere *mortuos*“ et ap. Hom. 'οδ. έ, 257. de ratis fundo πολλὴν ἐπεχεύατο ὕλην, *multam* ingeſſit *materiam*, quod ipſum poëta de fluidis adhibuit, cf. Stp. Th. et Ern. Ind. v. ἐπεχ., unde Noſter ad analog. modo dederit; nec tentem vulg. in ἐπιχόοντες ſ. hinc contractum ἐπιχοῦντες, quia et primitivum χόω i. q. χέω, et Lat. *fundere*, quo redditur utrumque, ut noſtratium *ſchütten*, valet etiam de aliis, non de ſolis fluidis. Et Noſtri formulam in uſu fuiſſe, ſaltem ap. recentiores, Grammatici iſti antea probant ap. Stp.

πολυάνδριον) De hac voce v. Periz. ad Ael. V. h. 12, 21. (p. 748. N. 4.) qui ibi πολυάνδρια ait vocari loca publica, ubi *pauperes* communiter ſepeliebantur ſ. abiiciebantur. Mallem loca, ubi *multi* ſepeliebantur, vel propter hunc Herodiani locum. *Leisn.* Ven. male ταχέως τάφον πολυανδρίᾳ, v. N. ad Eclogas. *Stroth.*

Qui ibi „Cod. Ven. peſſime. ferendum eſſet τάφον πολυάνδριον, quod eſt ap. Heſych. ſed ſubſtantive quoque haec vox occurrit in Suida, Aeliano et Aeſop. Fab. 73.“ In Ms. Ve. nihil eſt, quam depravatum vocabulum, confuſis ον et ᾳ cum iota poſtſcripto, ſ. ο cum α et ν cum iota iſto. Tum ap. Heſy. 2, 995. m. habetur πολυάνδριον, τάφος πολυχώρητος, μνῆμα, (ubi in N. huc reſpicitur ſine Vs.) ſed ap. Suid. 3, 142. e. πολυάνδριον, μνῆμα, τάφος, τὸ θρυλλούμενον παρὰ πολλοῖς ξενοτάφιον, ſeu, ut Kuſt. coniicit, κοινοτάφιον, pro quo Toup. ad Suid. P. 3. p. 66. e. ξυνοτάφιον, vicinius, quoad litteras, nec tamen neceſſario, cum habeat Suid. 2, 652. m. ξυνοδόχος, ξενοδόχος, ubi Kuſt. et Toup. nihil tentant. Hinc autem gloſſam in noſtro loco duxit auctor Ms. Ba., forſan in marg. reperiens τάφον, quo innuebatur noſtrae vocis vulg. aut notio aut ellipſis, ignota L. Bos., etiam illa, cum μνῆμα ſupplet Hs. Ind. Aes. Fa., ubi eſt bis pro ſubſt., ut ap. Ioſ. 2, 318. l. 4. de urbe conquerentem, τάφος οἰκείων γενομένη σωμάτων, καὶ πολέμου τὸν ναὸν ἐμφυλίου ποιήσασα πο-

θνῆτες εἱλκύσθησαν, ἔτι τὲ ἄτρωτοι συνεχώσθησαν [z]. ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν στρατιωτῶν οὐκ

mimortui pertracti ſunt, multi nec vulnerati una obruti. quin et ex militibus non pau-

z) συνώσθησαν Mss. tres, v. N.

